



~~Harvest~~

~~July 1800~~

~~1800~~

~~1800~~

~~1800~~

~~1800~~

~~1800~~

~~1800~~

~~1800~~

~~T. 2. P. 2.~~

9. 2. 180

9. H. 2. 180

THEOPHILI CHRISTOPHORI
HARLES

SVPPLEMENTA

AD

INTRODVCTIONEM

IN

HISTORIAM LINGVAE GRAECAE

TOMVS SECUNDVS.

IENAE
IN BIBLIOPOLIO ACADEMICO
1806.



Chq

B E Y M I O

VIRO PERILLVSTRI

INTIMO REGIS BORVSSORVM POTENTISSIMI CON-
SILIARIO INTERIORIS ADMISSIONIS OPTIMO
INTEGERRIMO

DE SALVTE PATERIAE ET DE FLORE LITTE-
RARVM EGREGIE MERITO

HOC OPVSCVLVM

TAMQVAM PIGNVS GRATI PI AC RELIGIOSI ANIMI

D. D. D.

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES.

P R A E F A T I O.

Quod in colligendis his supplementis consilium inierim, quamque illorum rationem sequutus sim, quoniam in praefatione ad priorem tomum satis videor exposuisse: plura hic ut eadem de re dicam, haud necessarium esse arbitror. De *Analectis* tantum pauca monebo. Ea, jam in illa praefatione ita promiseram, ut iustam necessitatis, facile, credo, excusandae, causam afferem. At praeter exspectationem creuit copia rerum, quae, ne in crimen tarditatis aut negligentiae apud viros doctos, caussae verae ignaros, incurrerem, iure quodam postliminii erant restituendae. Nam interea temporis satis diuturni, dum plagulae scriptae et prioris et vero posterioris tomis in manibus redemptoris operis, viri honesti, haerebant, haud paucae plurium scriptorum editiones nouae, aut virorum doctorum libri maioris minorisque molis, in quibus libri

*

ant

aut loca veterum auctorum explicantur, aut vario modo illustrantur, lucem adspexerunt, aut serius in meam notitiam manusue venerunt. Praeterea doctissimus. Müllerus in censura prioris tomii in actis litterariis Lipsiensibus a. 1804. scid. 106. et alius V. D. in censura eiusdem tomii in noua bibliotheca vniuersali german. vol. 96. part. 1. fasc. 2. p. 108. sqq. quaedam bene suppleuerunt: quibus omittendis nolebam negligentiae aut socordiae culpam contrahere. Illorum igitur mentionem satius esse duxi analectis referuare, quam plane intermittere. Et tamen fateor, a me aliis, in hoc litterarum genere diu versatis, aut in amplissimis bibliothecis sedentibus, largum relictum esse spicilegium.

Enimvero, ut praetermittam, non omnia, quae aliis adnotanda esse videantur, posse in hec volumine commode aut lire quodam requiri, nec pauca, dum haec scribo, in meam demum venisse notitiam, vela omnino fuerunt contrahenda, ne vis analectorum superaret ipsam supplementorum copiam, necdum multas plagulas, prelo vel subiectas, vel adhuc subiiciendas, accepi. Quare nietu commotus, ne bis eadem, per occasionem collecta, adponerem, ea in praesenti omittere sumi coactus. Auxit etiam analectorum numerum multitudi-

pecca-

peccatorum, in priore tomo commissorum, nunc, quoad fieri poterat, corrigendorum. Neque tamen, a me omnia esse sublata, fidem praestare ausim. Hunc vero posteriorem to-
mum, quantum, propter temporis penuriam illum leuiter recognoscendo, vidi, maiore di-
ligentia animique intentione tam a typotheta,
quam ab eo, qui correctoris munere fungeba-
tur, adhibita, a mendis typographicis soller-
tius purgatum e prelo exiisse arbitror.

Insuper ex longa *Villoisonii*, cuius me-
moriā nulla aetas in animo meo delebit,
epistola, quondam ad me missa, in qua multa
docta que cum ad Introductionem meam, tum
in primis ad Fabricii Bibl. graecam supplemen-
ta coegerat, quod passim plura inserui, atque
fini subieci catalogum Mistorum graecorum,
ab Altero, viro posse fata celeberrimo, nouem
ab hinc annis ex cod. caesareo Vindobonensi de-
scriptum, et mecum liberaliter communica-
tum; id litteraturae graecae amantibus haud
incommodum, credo, neque ingratum vide-
bitur. Atque *Kollarium* in supplementis ad
Lambecii commentarios de bibliotheca caesa-
rea Vindobonensi, tom. 1. p. 761. sq tradidit,
in cod. CXXXIII. illius bibliothecae seruari
catalogos variorum calamo scriptorum libro-
rum, qui fasculo decimo sexto Constantinopo-
li

li adhuc salui a diuersis doctis hominibus,
quorum is nomina memoriae prodidit, possi-
debantur, et in illis catalogis indicari Mſt.
codices supra quingentos, optimae frugis ple-
rosque, immo nonnullos quoque rarissimos,
significauit. In Kollarii tamen notitia nr. 4.
legendum esse *Catalogus a Grammatico*, (non,
vti dederat Kollarius, *Granlatico*,) exhibitus,
codd. 174. idem Alterus per litteras me docuit.

Denique iterum grato animo praedicanda
est amicitia et liberalitas illi, *Eichstadii*, Pro-
fessoris academie Ienensis celeberrimi, qui
pro ea, qua floret, humanitate non minus
quam litterarum copia, non solum passim re-
cognouit plagulas, sed etiam hinc inde addi-
tamentis locupletauit atque ornauit.

Ita vale, L.B., et ignoscas velim peccatis,
sive ab operis, sive a me commissis, mihiique
in posterum fave. Scripsi Erlangae ipsis Idibus
Decembr. 1800.

Gottl. Christoph. Harles,
Confiliarius aulicus et P. P. O. etc.

S V P P L E M E N T A

A D

INTRODVCT. IN HISTORIAM
L. GR. TOM. II. PART. I.

AD §. 88. PORPHYRIVS

Ad pag. 289. not.

Omisi illam in noua editione. v.vol.V. pag. 757.

Ad pag. 291. lin. 5 et 6.

Romanam illam edit., *Goens.* in praefatione ad suam editionem p. XV. scribit, prodiisse in forma tertia seu octaua; contra *Maittaire* in A. T. II. p. 302: eam, tradit, lucem adspexisse a. 1517. in forma 4. At enim, docente cl. *Ge. Henr. Noehden* in docta conumment. de Porphyrii scholiis in Homerum: acced. quaedam inedita et appendix de codd. mssis Townleyano et Etonensi, Gottingae, 1797. 8. pag. 3. sq. not. 3. forma est inter quartam et octauam; textus ipse octaua, cum margine autem libel-

A lus

Ius est quartae similior. Idem cum *Valcken.* in diff. de codice Leidenfi, et de scholiis in Homerum ineditis, (adiecta ad calcem libri Iliados XXII. ab ipso editi post nouam edition. Virgilii collatione scriptorum graec. illustrati opera et industria Fuluii Vrsini, Leoward. 1747. 8.) pag. 144. censet demonstratque p. 7. sqq. Porphyrii quaestiones ex maiore aliquo opere esse excerptas. idque ipsum opus, Συγγραφα, sive συμπικτα Συγγραφα, fuisse ex pluribus Grammaticorum libris congestum.

Ad pag. 292. lin. 3.

Atque illa *moralis interpretatio errorum Vlyssi* parentem habet *Nicephorum Gregoram*, natum a. 1295. mort. a. 1359. v. *Valcken.* diff. de scholiis in Homerum ineditis p. 143. et ad *Fabric.* l. c. p. 734. sect. 7.

Ad pag. 292. lin. 11.

Fragmenta plura eaque emendatius dedit cel. *Heeren* in sua Stobaei eclog. phys. editione tom. II. Gotting. 1794. 8. a pag. 1004. et p. 1018. sqq. et alibi. add. cl. *M. Fred. Guil. Sturz* prolus. I. et II. de vestigiis doctrinae de animi immortalitate in Homieri carminibus, Gerae 1795. et 1796. 4., qui iudicat, a Fabricio l. c. p. 755. (vbi iam quaedam adscripti,) discessione facta, illud fragm., quod Schottus et Holstenius locis citat, atque Heeren in Stobaei eclog. physicis. pag. 140 — 158. dederunt, et Tollius loco mem. latine vertit, ab eo, quod Sturz.

Sturz. in suis prolusionibus euulgauit, pror-
fus esse diuersum.

Ad pag. 292. lin. 23.

Ex diario litterar. (*Oberdeutsche allgem. Litteraturzeitung*,) a. 1804. nr. 23. p. 562. hic
memoriam renouare lubet antiquae editionis,
sic inscriptae: „Textus veteris artis sive Isago-
garum *Porphirii*. predicamentorum Aristotelis
simil cum duobus libris perihermenias eius-
dem. Item Exercitata circa hoc secundum
doctrinam Modernorum collecta et bene enten-
data per venerabilem virum magistrum *Johan-
nem parreut* sacre theologie baccalaureum
formatum in alma Vniuersitate Ingolstatensi.“
In fine: „Exercitata veteris Artis que sunt
Isagoge *Porphirii* predicamenta Aristotelis cum
duobus libris Periarmenias eiusdem collecta —
per — *Johannem Parreut* sacre theol. etc. Impres-
sa per industrium virum Jacobum pentium de
Lenco in Venetiarum vrbe, expensis ac sum-
ptibus prouidi viri Leonardi Alansee bibliopole
Viennenfis. Finiunt feliciter Anno salutis
M. d. VII. (1507.) die vltimo Augusti. 4.

Ad pag. 293. sect. 6. lin. 1.

Sec. m. edit. vol. V. cap. XXXIII. p. 725 —
755. — *Harmonia sive catena dialectica in
Porphyrianas Constitutiones* (h. e. commenta-
rius in Porphyrii Isagogen,) *auctore Richardo
Stanyhuast*. Londini 1570. 1579. fol. de quo
aliisque librīs ad Porphyriū pertinentibus,

A 2

vid.

vid. Brüggemann View etc. p. 390. sq; et Supplement p. 75.

Cel. Morelli in Bibl. Mst. gr. et lat. tom. I. passim recenset Porphyrii scripta atque codd. et commentatores; p. 122. Io. Philoponi comment. in Isagogen Porphyrii etc. p. 123 et 134. Porphyrii comment. in Categories Aristotelis; p. 136. Plotini vitam, auctore Porphyrio; p. 149. Porphyrii Sententias; p. 194. Porphyrii Isagogen et scholia in Ptolemaei Quadrupartitum; ac pag. 257. Porph. libr. IV. de abstinentia ab esu animalium.

Ad §. 89. ALCIPHRON,

Ad pag. 294. sect. 3.

De ed. Ultraiectina v. Add. ad Introd. II. 2. p. 352. — Noua bonaque editio est: *Alciphronis rhetoris epistolae ex fide aliquot codicun *i recensitae, cum Stephani Bergleri commentario integro, cui aliorum criticorum et suas notationes, versionem emendatam indiculumque adiecit Io. Augustin. Wagner, Correct Gymnasii Merseb. tom. I II. Lips. 1798.* 8. Graecum textuna singularum epistolarum excipit adnotatio critica, et hanc sequitur commentarius. Bene autem usus est variis duorum codd. Vindob. lectionibus et octo priorum libri ill. epistolar. ex cod. Barberino, item ab Herelio atque cel. Eichstadio Wolfioque communicatis, obseruatt. atque coniecturis aliorumque criticorum suspicionibus et emenda-*

da-

dationibus, illorūque subsidiorum ope nouam instituit tēxtus recensionem. (Laudatur in ephem. litter. Gothanis. 1798. pag. 62, pag. 645. sqq., et quaedam adspersae sunt animadversiones criticae atque emendationes.)

— In praefat. ad tom. II. de Alciphronis aetate, diuersas variorum VV. DD. opinione refert examinatque, atque cel. *Saxii* sententiam vnicē veram esse existimat, tum de eius pretio, (vbi pariter diuersa variorum criticorum iudicia percenset; *Io.* tamen *Iortini*, de Alciphrone nimis abiecte cogitantis, audaciam in *Tracts philological, critical and miscellaneous*, London. 1790. 8. tom. II. pag. 45. manifestatam castigat;) de genere epistolarum, quas Alciphron scripsit, earumque codd. editionibus ac versionibus docte exponit. Et pag. 217. publicauit ornataque adnotatt. duas Alciphronis epistolas ineditas et fragmenta. — A pag. 229. separatim reposita est latina epistolarum interpretatio. Index denique rerum et verborum claudit opus. In nota ad Bergleri praefat. pag. XXVII. sqq. Wagner multos laudat VV. DD. de Alciphrone etc. iudicium ferentes.

Nonnullas Alciphronis epp. germanice vertit cl. *Jacobs* in *Wielandii Museo attico*, tom. II et III.

Ad pag. 294. sect. 4.

Addi potest: Alciphronis epp. esse etiam refertas orationis flosculis, formulisque dicendi atticis; nec tamen raro etiam nugaces.

Ad

Ad pag. 294. sect. 5. lin. 2.

Corrig. vol. I. — Add. Ueber den Charakter der griech. Epistolographen, auct. Schoenheydero, in Neu. Bibl. der schön. Wissensch. vol. V. p. 292. sqq. et Breitn. bibliogr. Handbuch, tom. II. pag. 48. sqq. — Iortini iudicium, s. Critical remarks on Alciphron, legitur in eins Tracts philological, critical and miscellaneous, Lond. 1790. 8. vol. II. p. 45. sqq.

Ad pag. 296. sect. 3. de Timaeo.

Plura de eo scripsi ad Fabricii B. Gr. vol. VI. pag. 243. not. ff.

Ad §. 91. HIEROCLES:

Ad pag. 296. sect. 2. lin. 8.

In noua edit. vol. VII. p. 393. sq. sect. 6. Add. Needham et Niclas in prolegom. ad Geponica, pag. LIX. sq.

AD

AD SECTION. V. TOM. II. PART. I.

*Ad §. 1. C. FLAV. VALER. AVR. CLAVD.
CONSTANTINVS IMP.*

Ad pag. 299. sect. 3. lin. 6.

In noua Fabriciana B. Gr. editione vol. VI. pag. 693 sqq., vbi plures varii generis animaduersiones adscripti, diuersaque variorum de cruce in coelo visa, de donatione etc. iudicia collegi.

Ad pag. 299. lin. antepen.

Ita legi : *Quaedam de cruce, Helenaे auspicis inuenta et de stupendis operibus, eius virtute et contactu patratis.*

Ad §. 2. IAMBLICHVS.

* *Ad §. 301. lin. 5.*

Vide infra ad §. 12. *de Juliano*, sect. 2. et *Fabr. B. Gr. vol. V. cap. 31.* pag. 759 sqq. de *Iamblichus*, praecipue de epistolis Juliani dubiis, et de *Iamblichus iuniore*: item de edd.

Ad

Ad pag. 302. sect. 4. lin. 2.

Aldinae editioni multa alia aliorum scripta esse adjuncta, cognosces ex libello: Serie dell' edizioni Aldine, ed. II. p. 6. sq. in primis ex Goetzii memorabilib. bibl. Dresdens. I. p. 492 sq. et ex Ferdin. Fossii catal. codd. saec. XV. impressor. in biblioth. Magliabech tom. II. p. 1. sqq. Ad. ad Fabr. B. Gr. vol. IX. p. 196. not. n., vbi quoque de edit. dubia Venet. a. 1483. et principe ed. 1497. quaedam adnotauit. Aliam edit. iam adtuli in Addend. ad Introd. II. 1. p. 552. — *Iamblichus Protrept.* edere voluit *Tib. Hemsterhusius*, q. v. ad Lucian. I. p. 255.

Ad pag. 303. lin. 13.

Vindobonae Austriae est cod. egregius membran. in bibl. ord. Seruit. *Iamblichus de philosophia pythagorica*, IV, libr. min. fol. a Ioanne Scutariota Theffalo ex cod. Florentino transcriptus. Budam venisse videtur codex; sed mutilus est. Nam medio in libro II. defunt VI. folia p. 95 — 100. et sex folia p. 125 — 130. in medio libro IV. defunt duo folia: dein accepit codicem Io. Alex. Brassicanus: tertius possessor fuit Frider. Brassicanus, qui in fine scripsit: „Simplicius illos IV. Iamblichus libros commentariis illustravit. Nam in biblioth. Vaticana Romae colloqati fuerunt, ut ex multis viris iuxta doctis ac integris accepimus.“ Idem addidit: „nos Budae vidimus cum hac subscriptione:“

Σιμπλικίου τέχνος ούτος Ἰάμβλιχε δῶτος Εάω,
"Ιλασινηρεῖς, ἀλλ' ὑπὸ σιν ἐπέων."

Hcc

Hoc ineditum epigramma *Alter in allgem. litterar. Anzeiger*, nr. VIII. m. Januar 1797., vbi de hoc cod. pluribus agit, tribuere malit librario cod. Simplicii.

Ad pag. 304. lin. 2. lege Friis et lin. 8. loc. 6. scribo b.

Ad §. 3. HELLADIVS.

Ad pag. 306. sect. 5. et 6.

Sec. meam edit. vol. VI. p. 368. de *Helladio Alexandrino*, et *Helladio Befantinoo*, et p. 335. de *Alexandro Helladio*.

Ad §. 4. APHTHONIVS.

Ad pag. 306. sect. I.

Cel. *Saxius* in *Onomast.* I. p. 594. suspicatur, *Aphthonium* et *Theonem* *Alexandrinum* circa a. Chr. 315. claros, fuisse; et, equidem, ait, ab hac ipsa siue superioris, siue huius saeculi aetate, quae sophistarum feracissima est, neutrum diuelli et seiungi velim.

Ad pag. 307. sect. 4.

In *Aphthonii* progymnasmata graeci commentarii auctoris anonymi, Syriani, Sopatri et Marcellini. Venet. 1509. fol.

Veterum aliquot de arte rhetorica traditiones — — scil. *Rutilii Lupi*, — *Rhomani Aquilae*, — *Iulii Rusiniani*, — — *Aphthonii praeexercitamenta*; *Io. Maria Catanaeo* interprete.

prete. Basil. in aedibus Io. Frobenii. 1521. 4.
v. Panzer A. T. VI. p. 223. — *Aphthonii* pro-
gymnasmata R *Agricola* interprete, etiam in
tom. II nr. 1. Collectionis ab *Alardo* cura-
tiae et inscriptae: *Rud. Agricolae lucubratio-*
nes aliquot lectu dignissimae in hunc usque diem
nusquam editae, ceteraque eiusdem viri plane
diuini omnia. Colon. 1539. 4. II. voll. v. *Ade-*
lung Fortsetzung und Ergänzungen zu Jöchers
allgem. Gelehrten Lexico, tom. I. pag. 334. sq.

Ad pag. 307. lin. 2.

Edit. Camerarii, (qui praemisit prooe-
mium in libellum progymnasmatum Aphthon-
ii,) Lipsi. a. 1588. 8. *imprimebat*, (vt in cal-
ce legitur.) *Iomn. Steinmann* — *Ibid. lin. vlt.*
Scrib. Colon. ap. Io. Soterem, 1525. 8. *cum*
praefat. Gynaei ad Melanchthonem. Inscriptio
libri autem incipit: *Contenta in hocce li-*
bello etc.

Ad pag. 308. sub fin.

Aphthonii progymnasmata et prolegome-
na in vniuersam Hermogenis rhetoricae, pri-
ma loca occupant in edit. Hermogenis vene-
ta supra in I. tomo supplement. p. 348. sq.
vberius descripta.

Ad pag. 309. lin. II.

Suidam, quod tradidit, Aphthonium
scripsisse progymnasmata in Hermogenis rhe-
toricam, errasse putabat *Fabric.* in B. Gr.
vol. VI. p. 75. init., at in cod. reg. Matrit. di-
ferte

ferte Aphthonio illa adscribuntur. Add. quae in eod. volum. pag. 70. seqq. in cap. de Hermogene de codd. adnotauit.

Ad pag. 310. sect. 6. lin. 1. 2.

Sine sec. meam edit. vol. VI. cap. 33.
pag. 94. seqq.

Ad §. 5. THEON.

Ad pag. 310. sect. 1.

Vide ad antecedentem paragr. sect. 1. de *Theonis actate scripta*.

Ad pag. 310. sect. 4. lin. 1. 2.

Inscriptio esse dicitur in catal. bibl. Pi-
nell. tom. III. p. 14. *Theonis sophistae pro-
gymnasmata*. gr. Romae per Angel. Barbatum.
1520. 4. Contra in catal. bibl. Duc. de la Val-
liere, tom. II. pag. 21. nr. 2225. *Theonis rheto-
ris de modo declamandi libellus*: gr. Rom. per
Ang. Barbat. 1520. 4. — Eodem anno ibid.
typis excusa sunt *Aphthonii progymnasmata*, gr.

Ad pag. 311. sect. 5.

Sec. m. ed. vol. VI. pag. 97. sq.

Ad §. 6. de Dexippo pag. 311.

lin. 9. In noua m. ed. vol. V. pag. 697. VII.

Ad

*Ad §. 8. LIBANIVS.**Ad pag. 312. sect. 4. sub fin.*

De ed. et Erasmi Roter. versione latina,
Colon. 1525. 8. v. ad §. 4. de Aphthonio,
sect. 4.

Ad pag. 314. fin.

In Wolfii editione deest epistola Libanii
ad Iulianum responsoria. Iuliani epist. est ter-
tia in edit. Iul. Lipsiensi a. 1696. fol. p. 374.
Libanii igitur responcionem ex cod. Augusto-
niano et Mosquensi graece publicauit notisque in-
struxit Christi. Frid. Matthaei, in *allg. litterar. Anzeiger*, a. 1801. nr. 41. Idem emendat
locum epist. MDXLIV. ed. Wolf. et XLVI.
epist. inter Iuliani epistolas.

Ad pag. 317. sect. 6. lin. 2.

In mea Fabr. edit. vol. VI. cap. 43. p.
750 — 790.

*Ad §. 9. ARISTAENETVS.**Ad pag. 317. sect. 3. lin. 7.*

Scrib. Aristaen. *epp. graecae, cum ver-*
fione latina et notis Iosiae Merceri, curante
Io. Corn. de Paw, cuius notae accedunt. Tra-
iecti ad Rhen. 1737. 8.

Ad

Ad pag. 818. lin. 6.

Specimen editionis nouae epistolarum *Aristaeneti*. Acc. *Io. Baptista Bolla* iambi graeci in Pantomimam Vigano: cura *Frid. Iac. Bast.* Vindobon. 1796. 8. cum noua versione latina et commentario. Sunt epistole 27 et 28. libri 1, grecce, loco speciminis typis expressae. Conf. Ien. A. L. Z. a. 1797. nr. 47. m. Febr. col. 575. et *Brehm bibliogr. Handbuch.* tom. II. p. 152. seqq., vbi quoque *Fel. Nogaret* valde libera gallica recensetur Aristaeeneti versio in tomo I. operis: *Oenvres de Felix Nogaret. L'Aristenete françois.* Paris. ap. Deroy. tom. I. II. de l'Imprimerie de Coffon à Versailles. 1797. 12. add. censuram illius operis in Ien. A. L. Z. m. Mart. 1798. nr. 85. col. 677. seqq. — Magis fida est omnium epistolar. versio gallica: *Lettres d'Aristenete*, auxquelles on a ajouté les Lettres, choisies d'*Alciphron*, traduites du Grec, antea prodit Londini 1739. 12. — De anglicis versionibus v. *Brüggemann View* etc. p. 405. et *Supplement*, etc. p. 76. — Notandum est libellus romanensis: *Les Faveurs du Sommeil* par *François Turben*, Paris 1746., qui quidem simulatur ex graeco Aristaeeneti esse versus; sed est mera fictio: *Turbeni vero opus* valde laudatur ab eo, qui vitam illius, (Paris. 1805. aetat. 81. mortui) in *Journal de Paris*, d. 23. Dec. a. 1803. enarravit.

Ad

*Ad §. 10. HARPOCRATION.**Ad pag. 319. sub fin. et 320. sect. 4.*

De Harpocratione plura vide in Fabr. B. Gr. meae edit. lib. IV. cap. 38. vol. VI. p. 245 seqq., in primis de eius *libro medicinali* etc. — p. 250 not. b. Add. *Toup* emendatt. in Suidam, tom. IV. pag. 402. seqq. ed. Oxon. 1790., vbi multa loca illustrantur et emendantur, ac *Brehm* bibliogr. *Handbuch.* II. p. 478. sq.

Ad §. 11. pag. 320. MAXIMUS.

Conf. Fabr. B. Gr. III. cap. 21. vol. IV. m. ed. p. 158 seqq. de *Maximo*, inter astrologos ineditos, vbi in notis plura obseruauit: ac vol. IX. p. 678. et 679 sq. de *Maximinis*, et quae adscripti: item vol. VI. p. 721. not. i.

*Ad §. 12. IULIANVS IMPERAT.**Ad pag. 321. sect. 2. fin. 18.*

Secund. m. edit. libr. V. cap. 41 vol. VI. p. 719 — 750., vbi permulta, quae hic repetere nolo, adscripti, multosque de Iuliano iam laudaui varii generis libros.

Ad pag. 322. sect. 3. lin. 3.

Conf. Fabr. B. Gr. vol. V. cap. 51. de Iamblichio, p. 760. seqq. et *Wernsdorf* in edit. Himerii, praesertim in illius vita p. 37. sq.

Ad

Ad pag. 322. sect. 4. lin. 9.

Collectio illa satyrarum inscripta est : *Elegantiores praefantium virorum satyrae*, quarum titulos et nomina auctorum versa pagella exhibebit post praefationem. Distinguuntur in tomos duos. Lugd. Bat. ex offic. Io. Maire, 1655. 12. In tomo I. pag. 111. sqq. exstant *Iuliani imper. Caesares* s. satyra in romanos imperatores, interprete *Petro Cunaeo*, cum eiusdem praefatione in *Iulianum*. In tom. II. init. typographi nomine scripta praefatio, in qua redditur Dionysii Petauii censura, (contra *Iulianum*), super *Cunaei* praefatione : item iudicium Leunclanū de *Iuliano*. Sequitur *P. Martinii Morentini Nauarri* praefat. in *Iuliani* imper. *Misopogonem*, vbi auctoris vita ex variis, praecipue Marcellini, locis differitur : postea p. 12. *Iuliani Caesares* gr. et cum latina *C. Cato* interpretatione : denique p. 166. sqq. *Iuliani imp. Misopogon vel Antiochenfis*, gr. cum lat. *Petri Martinii* versione.

Ad pag. 323. lin. 3. 4.

Haec edit. a. 1592. dubia atque improbabilis mihi iam ad Fabr. l. c. p. 708. not. ee. visa est; quum illo anno *Cunaeus* puer esset sexennis, adeoque illi labori impar. v. *Niceron. Memorias viror. doctor. sec. Baumgartenii* versio- ne in german. tom. VI. 1655. sqq.

Ad pag. 324. lin. 8.

Iuliani imper. in Constantii laudem oratio,
gr.

gr. et lat. cum animaduerzionibus *Dan. Wytenbachii*: acc. eiusdem epistola critica ad Dau, Ruhnken. Graeca recensuit, notationem criticaum indicesque adiecit *G. H. Schaefer*. In vsum studiose iuuentutis. Lipsiae 1802. mai. 8. In praemissis obss. Schaeff. et confirmauit emendationes, et exquisite dicta illusirauit. Conf. Ien. A. L. Z. a. 1802. M. Aug. nr. 217, — Defense du Paganisme par l'Empereur *Julien*, en grec et en françois avec des dissertations et des notes pour servir d'Eclaircissement au Texte et pour en refuter les Erreurs par Mr. le Marquis *D' Argens*, Chambellan de S. M. le Roi de Prusse. Berol. 1764. 8. conf. *Klotzii* acta litteraria, vol. II. part. I. Altenburg. 1765. 8. pag. 175 sqq. — *Julians Spottſchrift, die Kaiser, aus dem Griechiſchen*. Halae Sax. 1783. 8. — De versionibus anglicis, aliisque multis libris a viris doctis Britann. scriptis et ad Julianum pertinentibus v. *Brüggem. View etc.* p. 406. sqq. et Suppl. p. 76.

Ad pag. 325. lin. 29.

Corr. vindicatum. — — Einige Anmerkungen über Kaiser Julians Schriften und Character, in so weit er sich in seinen Schriften dargestellt hat, in *Hegewischii, Prof. Kilon. historischen und litterar. Aufsätzen*. Kilon. 1801. 8. nr. 6. — Het Leven van Keizer Julianus, nar het fransch van den Abt *de la Bletterie*. Vtrecht et Rotterd. in 8. sub exitum saeculi superioris.

Ad

*Ad §. 13. HIMERIVS.**Ad pag. 326. sect. I. lin. 4.*Corr. *extinctum*, et sect. 4. lin. 1. *eclogas.**Ad pag. 327. lin. 19.*In mea B. Gr. editione de *Hinnerio vberius*
agitur in vol. VI. cap. 32. pag. 55. sqq.*Ad pag. 330 de THEMISTIO,**sect. 2. lin. 2. corr. Patrem.**Ad pag. 331. sect. 4. lin. 1.*

sec. meam edit. vol. VI. cap. 44. pag. 790. sqq.

*Ad pag. 332. lin. 27.*Corr. *potuit.* — *Ad pag. 333. lin. vlt.*
add. confer etiam *Fabr.* B. Gr. vol. III. p. 215.
ibique not. *ccc.* et de aliis *Themistii* paraphra-
sibus librorum quorundam Aristotelicorum,
versionibus atque editionibus, vol. VI. p. 812.
sqq.*Ad pag. 334. sect. 7. fin.*

In noua edit. p. 794. §. II., vbi vide notas.

*Ad pag. 335. fin. de ORIBASIO.*Ab eodem cel. *Grunero* editi sunt in pro-
grammatibus, *Oribasii* medicinalium collecto-
rum liber I. e cod. Mosquensi nunc primum
gr. et lat. Ienae 1782. 4. et *Oribasii* medici-
narium collectorum lib. I. et II. et fragmentum

aliud e cod. Mosquensi nunc primum gr. et lat. ibid. eod. anno.

Ad pag. 336. §. 16 lin. 1.

Corr. *Diophantus*, et conf. *Fabr.* B. Gr. nouae edit. vol. V. cap. 36. p. 641. sqq.

Ad §. 20. AMMONIVS.

Ad pag. 340. med.

Valckenaer inseruit suae editioni *incerti scriptoris opusculum de soloecismo et barbarismo*. Illius tamen verum auctorem esse *Herodianum Aelium*, grammaticum. ex cod. Veneto Marc. 512. docuit, et ex codd. Venetis varias suppeditauit lectt. cl. *Villoison* in *Anecd. gr. tom. II.* p. 175. sqq.

Ad pag. 341. sect. 4. lin. 1.

Sec. m. edit. in vol. V. cap. 29. pag. 715 sqq.

Ad §. 21. HELIODORVS.

Ad pag. 341. sect. 4. lin. pen.

scr. collatione Mff. biblioth. Palatinae et allorum: n. Palatini, cod. ex quo, quae in veteri edit. corrupta, emendauit, mutila quam plurima suppleuit, *Vaticani*, ex quo Andreas Schottus varr. descripsit lectiones, suasque non paucas addidit coniecturas, *alias a Guil. Xyandro collati*, denique eius, quem iam Herua-

Hernagius adhibuit, suisque typis expressit fidelissime.

Ad pag. 342. lin. 3.

Hic et in nota Icr. *Warsichewiccki*, cuius tamen nomen ab aliis scribitur *Warschewitzki*; ab aliis *Warschawizki*. Huius verbo lat. primum prodiit Basil. per Io. Oporin. 1552. fol. — Nouissimae editiones sunt: 'Ηλιοδώρου Αιθιοπικῶν βιβλία δέκα. Textum recognouit, selectamque lectionis varietatem adiecit *Christ. Guil. Mitscherlich*, Prof. Gotting: I. II. partit. Argentorati (e typogr. societatis Bipontinae.) a. VI. (1798.) m. 8. et quae Mitscherlichianam longe superat, graecis notis instructa, editore *Coray*: 'Ηλιοδώρου Αιθιοπικῶν βιβλία δέκα, ἀχάριν Ἑλλήνων ἐξέδωκε μετὰ σημειώσεων, προσθεῖς καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ Ἀμιότου συλλεγείσας; τέως δὲ ἀνεκδότους, διαφόρους γραφάς, προτροπῆς καὶ δαπάνης Αλεξάνδρου Βασιλείου, Οδ. Κοραῆς. Μέρος Α, περιέχον τὸ τοῦ 'Ηλιοδώρου κείμενον. Μέρος Β, περιέχον τὰς εἰς τὸν 'Ηλιοδώρον σημειώσεις. Paris. 1804. II. 8. — *Gallica nouissima Heliodori* (et aliorum Graecorum eroticorum,) versio est *Mercieri* abb. de St. Leger in: Bibliothéque des Romans, trad. du Grec. Paris. 1796—1797. 12. voll. in vol. II. — *Zschornii germanica versio* primum prodiit Argentorati, 1554. 8. — *Mena Toletanus*, (qui ex more Hispanorum dicitur *vezino* (*vecino*) *de Toledo*, ex quo Paciaudius de libris eroticis antiquor. rec. in Schäferi edit Longi pastoral. p. XX. sq. linguae hispan. forsitan parum gnat-

rus effinxit perperam *de Menavezino*, notante Schäfero,) hispanice vertit en Alcala de Henares, 1585.

Ad pag. 343. sect. 6. lin. 3.

In noua ed. vol. VIII. cap. 6. pag. 111. sqq. et p. 128. sq. de *Heliodoro Lariffaeo*, mathematico. — Add. cel. *Morelli* biblioth. Mf. gr. et lat. tom. I. p. 279. et p. 280. — *Frid. Jacobs* epistolae duae criticae, vna ad I. G. Schneider — de *Aeliano et Philostrato*; altera ad Doct. Coray de *Heliodoro*. Ienae 1804. mai. 8. — *Manfo in vermischten Schriften*. I. II. *Theile*. Lips. 1801. 8. in parte II. nr. 3. agit de ortu, natura et classibus librorum graecorum romanensium, et patrem tertiae classis sive libr. proprie dictorum Romanens. habet Heliodorum, cuius vestigia preflissent reliqui. Idem Heliodori librum in compendium redegit. conf. ephem. litter. Gothan. a. 1801 nr. 96. p. 785. sqq. — *Ramdohr* in libro *Venus Vran*. aliquot dedit obseruatt. in *Heliod.* libr. Add. *Brehmii* bibliograph. Handbuch II p. 481. — De *Heliodoro* et reliquis eroticis scriptoribus v. quoque *Fuhrmann* Handbuch der classischen Litterat. tom. I. p. 499.

Ad §. 25. PAPPVS.

Ad pag. 344. lin. 5. corr. 115. et lin. 8. tradidisse.

Ad

Ad pag. 344. sect. 2. lin. vlt.

Bonon. 1660. Manoleffius autem dedicationi nomen subscriptis, Kal. Maii 1659. in fine legitur, Bononiae, ex typogr. H. H. de Duciis, MDCLVIII. compara Kollar. Suppl. ad Lambecii comment. pag. 452. sqq. — *Apollonii de tactionibus quae supersunt, ac maxime Lemnata Pappi in hos libros, graece nunc primum edita e codd. missis — a Ioan. Guilielmo Camerer Gotthae et Amstelod. 1795.* 8. Pag. 14 sqq. post Halley reddidit ex *Pappi praefatione lib. VII. collect. mathem. τερι ἐπαφῶν βιβλία β.* pag. 19. sqq. ex duobus codd. Paris. et uno Argentorat. primum gr. euulgauit, subiectis variis lectt. *Pappi lemmata*, et p. 53. latinam illorum versionem, etc. Add. supra, part. I. p. 268., vbi vitio hypothetae male editum est *de factionibus*, pro: *de tactionibus*.

Ad pag. 344. sect. 3. lin. 2.

sec. m. edit. vol. IX. cap. 17. pag. 170. sqq. et p. 178. sqq. de *Theone Alexandr.*, de quo in seq. §. 24. sermo fuit. Add. *Kästneri Geschichte der Mathemat.* tom. II. p. 80. sqq. et de Commandini vita scriptisque p. 42. sqq.

Ad §. 25. EVNAPIVS.

Ad pag. 346. sect. 4. lin. antep.

Mortuo Carpzouio, spes quidem imminuta est, neque tamen omnino sublata. Nam vt
ex

ex catalogo biblioth. Helmstad. 1804. p. XV. sq.
innotuit, praeclera Carpzouius reliquit subsidia,
et pag. 32. catalogi editiones Eunapii,
quas possederat Carpzou., indicantur. Optandum
autem est, ut V. D. rei peritus, quum ex sectione
bibliothecae Carpzouianae adparatus ille iure
emtionis in bibl. acad. Dorpatens. sit illatus,
tandem nouam Eunapii editionem curet.

Ad pag. 347. sect. 5. lin. 1.
sec. m. edit. vol. VII. lib. V. cap. 1. pag.
536. fqq.

Ad pag. 349. de Hypatia, sect. 4. lin. 1.
sec. nou. edit. vol. IX. cap. 17. p. 187. fqq.

Ad §. 27. HESYCHIVS.

Ad pag. 351. lin. 3. leg. ad ann. Chr. et lin. 7.
fæculis.

Ad pag. 355.
lin. 11. corr. *illustrato*, et add. eiusdem
Valcken. not. ad Theocriti Adoniazus. p. 299.
fqq., ubi profitetur, in sua se sententia de epistles
ad Eulogium magis magisque confirmari.
— Lin. 13. scr. in lexico. — lin. 24. scr. vide-
rentur. — *Pag. 356. lin. 4. corr. integræ —*
formulae. — Add. infra ad §. 125. de Suida.

Ad pag. 353. sect. 3.
Alter in Allg. litter. Anz. nr. 27. a. 1796,
p. 292. ex schedula quadam manu Salmasii, ut
opinatur, scripta, in qua Dupuy rogasse dicitur
Heinsum, ut locum quemdam conferendum
euraret cum codice quodam Hesychii msto
valde

valde antiquo in biblioth. Laur. Medicea, coniicit, Florentiae in illa bibliotheca fuisse saec. XVII. valde antiquum Hesychii codicem.

— [De Sopinii meritis in Hesychium cf. Pieron, ad Moerin p. 59.]

* Ad pag. 357. sect. 5. lin. 2.
sec. m. edit. vol. VI. cap. 37. pag. 201. sqq.

Ad §. 28. LONGVS.

Ad pag. 359. sect. 3. lin. 8.
Corr. 1606. — lin. 25. corr. recensionem.

Ad eamdt. pag. lin. 19.

[Quae insunt in Nealmi editione emendationes debentur celeberrimo medico, Io. Steph. Bernardo. Vidd. *Bernardi Reliquiae medico-criticae* p. 55.]

Ad pag. 360. lin. 5.

Ἄογγον — Longi *Pastoralium* de Daphni de et Chloe libri IV. gr. et lat. acc. Xenophontis Ephesiacorum — libri V. Textum recognouit — Chr. Guil. Mitscherlich, Profess. Gottingens. Biponti. 1794. 8. — Longi *Pastoralia*, gr. et latine: cum proloquo P. M. Paciaudii de libris eroticis antiquorum. Graeca recensuit notasque criticas adiecit G. H. Schaefer. Lipfiae 1803. 12. Paciaudius in proloquio §. XIII. pag. XXIII. sqq. paucis persequitur editt. atque versiones. Longi *Pastoralium*. — Les amours pastorales de Daphnis et Chloe, traduites du Grec de Longus, par I. Amyot. Par. Renouard. 1803. 18. cum Herhani stereotypis. — Add. praefat. ad *Introduct.* tom. II. part. 2. pag. 6.

Ad

Ad pag. 360. sect. 5. lin. 1.
 sec. m. edit. vol. VIII. cap. 6. pag. 135.
 sqq. — Add. Lips. allg. litter. Anz. a. 1799.
 nr. 2 et 3.

Ad §. 29. NONNVS.

Ad pag. 361. lin. 2.

scr. 1569. v. praefat. ad Introd. tom. II.
 part. 2. pag. 6. et ad Fabr. B. Gr. vol. VIII.
 cap. 12. §. XI. (vbi a pag. 601. de *Nonno*
 agitur,) pag. 605. not. xx. — Cunaei edit. a.
 1610. 8. duobus consiat tomis, *alter* tamen *to-*
mus non semper adhaeret priori tomo, (v. ad
 Fabric. 4. c. p. 606. not. zz.) et vero inter-
 dum separatum inuenitur: habet autem pecu-
 liarem inscriptionem: *Petri Cunaei animad-*
vierii libr. in *Nonni Dionysiaca*; *Dan. Heinfi*
diss. de Nonni Dionysiacis et eiusdem para-
phraſi; *Iof. Scaligeri* coniectanea, ad edit.
 Plantin. et Wechel. Lugd. Batav. Elzev. 1610.
 8. Separatus quidem a priore parte occurrit in
 catal. libror. Io. Christi. Gottl. Erneſti, Lips.
 1802. p. 35. — [Chrestomathiam quamdam Non-
 niam, seu faniogia e Dionysiacis collecta et in
 unum corpus redacta, fortassis in usum *perpe-*
tuae interpretationis, optabat Heynus ad Apollo-
 dorum p. 574; idemque p. 576. suspicabatur,
Nonnum e Dionysi Bessarikois hauiſſe.]

Ad pag. 361. lin. 15.

Nóvvou — Nonni Panopolitani poetae tra-
latio Scti Evangelii secundum Ioannem. Haga-
noae per Jo. Secerium. 1527. 8. graece. cum
praefat. Phil. Melanchthonis. — Nóvvou —
Nonni Panopolitani Translatio vel paraphrasis

§.

S. Euangelii secundum Ioannem, carmine heroico graeco conscripta. Cum versione latina e regione ad verbum expressa, in gratiam Studiosorum, qui sacram lectionem cum graecae linguae cognitione coniungere cupiunt. *Erhardo Hedeneccio D. et Medico, interprete.* Basil. ex offic. chalcogr. Petri Pernae. 1577. 8. Sub finem a fol. 156—144. sequuntur *Gregorii Nazianzeni* sententiosa tetrasticha, disticha et monosticha; eiusdem carm. lamentatio suorum laborum et ad Christum pro ipsius vitae solutione precatio. — *Nórvou* — — *Nonni Panopolitanus* poetae conuersio graeca euangelii secundum Ioannem, in latinum sermonem ad verbum translata. In usum scholasticae iuuentutis. Lugd. ap. Iac. Rouffin. gr. et lat. 1620. 12.

Ad pag. 361. lin. 23.

Cl. *Wernsdorf*, filius, in Lips. allgem. Litter. Zeit, a. 1800. nr. 164. acute emendarat atque illustrarat locum *Nonni* libr. 45. p. 1154. v. 32. ed. Hanou. 1605. χρυσὸν Ἰβηριανὸν φύγος (*puluinar*), pro vulgata lectione *Pūros*, quoniam Rhenum flumen habuisse aurum flunii (*Flussgold*), veteribus fuisse ignotum; Iberum vero tunc esse fluuium hispan. *Euro* hodie dictum. Postea tamen, quod *Kinderling* ibid. nr. 165. opposuit, sacc. VIII. Abbatiae *Eschau* lotionem auri, (Goldwäsche,) apud insulam Rheni, Zizenow, (hodie, Schotenhof,) esse donatam, adeoque prius etiam Rhenum portuisse aurum aduluisse, textus mutationem dimisit, atque in poëta illo, rara et insolita venante, pristinam posse retineri lectionem con-

concessit. Add. praef. ad Fabr. B. Gr. vol. VIII. p. IX.

Ad pag. 361. sect. 2. XENOPHON EPHES.

In Cocchii ed. contextus est negligentius excusus; in edit. autem Luccensi est ille a quibusdam quidem vitiis purgatus, contra aliis corruptus. — *Xenophontis Ephes. de amori- bus Anthiae et Abrocomae*, libr. V. gr. ac lat. ed. a *Mitscherlichio*, cum Longi Pastoribus. v. ad §. 28. — gr. cum italica Antonii Saluini versione, edid. *Polyzor Hiereus*, Vindob. Austr. 1793. 8. — Add. praef. ad tom. II. part. 2. p. VI. sqq. — Optima est editio: *Xenophontis Ephesii de Anthia et Habrocome Ephesiacorum libri V. gr. et lat.* Recensuit, suppleuit, emendauit, latine vertit, adnotationibus aliorum et suis illustravit, indicibus instruxit *Aloys. Emeric. L. B. Locella*, S. C. R. A. M. a. conf. aulae. Vindobonae ap. A. Blumauer. 1796. 4. conf. Allg. Litt. Z. a. 1797. m. Febr. nr. 37. p. 259. sqq., vbi quoque de ingenio eroticorum nostrique agitur, et nou. bibl. vniu. german. Kilon. vol. 37. part. 1. fasc. 1. pag. 18. sqq. — Plura scripsi de Xenophonte, edd., versionibus, et libris VV. DD. in quibus eius opusculum aut emendatur aut explicatur, ad *Fabr. B. Gr.* vol. VIII. cap. 6. pag. 146 sqq. — et pag. 150. sqq. de *Charitone*, et aliis graecis scriptoribus eroticis: atque de *Niceta Eugenianō* etiam in vol. VII. p. 749.

Ad pag. 363. lin. vlt.

fec. m. edit. vol. VI. cap. 55. pag. 104.
fect. 9.

Ad §. 52. EVDOCIA.

Ad pag. 365. lin. I.

Bandin. in cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 226. sqq. egit de *Eudocia* eiusque scriptis, atque ex cod. Laur. Medic. edidit gr. cum vers. lat. fragmentum longum heroici poëmatis Eudoc. in laudem SS. Cypriani et Iustinae, et quasdam subiecit adnotaciones.

Ibid. ad lin. 6.

Conf. Photii CPol. patriarchae biblioth. cod. CLXXXIV. et Fabric. B. Gr. I. p. 553. et vol. IX. pag. 437. sq. vet. edit. — de *Eudoxia* autem s. *Eudocia* Macrembolitissa, v. *Fabr.* vol. VIII. p. 55. sqq.

Ad pag. 370. lin. 17. de Olympiodoro.

Fabr. sec. m. edit. vol. VII. pag. 541. sqq. fect. 8. et de *Syriano* (qui §. 34. sequitur) vol. VIII. cap. 21. pag. 357. sqq.

Ad §. 35. ZOSIMVS.

Ad pag. 371. fect. I. lin. 6.

Leg. collocandam. — Ad fect. 3. lin. 4. add. sec. meam. *Fabr.* edit. vol. VIII. pag. 62. sqq.

Ad

Ad pag. 372. med. sect. 3.

Cel. *Gruner* in multis programmatibus edidit atque illustravit *Zosimi de Zythorum confectione* fragm., quorum vndeclimum prodidit Ienae m. Ian. 1804. De hoc *Zosimo chemico* v. Fabr. B. Gr. l. cit. pag. 71. sq.

Ad pag. 373. lin. 15.

Des Zosimus Geschichte aus dem Griechischen zum erstenmahl rebersetzt und mit Anmerkungen von Seybold und Heyler. II. partit. sive der Sammlung der neuesten Uebersetzungen der griechischen prosaischen Schriftsteller, tom. X. Francof. ad Moen. 1802. 8.

*Ad pag. 374. de Priseo, lin. pen.
sec. m. edit. vol. VII. q. 539. sq.*

Ad §. 37. PROCLVS.

Ad pag. 375. sect. 3. lin. 5. sq.

Primo leg. egit — inferuit: tum adde: in noua ed. vol. IX. cap. 21. pag. 363. sqq. sed *hymnos Procli*, (de quorum in primis editionibus, ad pag. 406. sq. uberior egi,) a Fabricio in vet. ed. publicatos, consulto praetermisi. — De quodam Procli libello *de cauiss*, Fabricio quondam incognito et qui ex arabico versus exstat in Opp. *Thomae Aquinatis* etc. tom. IV. p. 470. ed. Paris. v. Thesauri epistolic. La Crozian, tom. III. p. 126.

Ad

Ad pag. 376. lin. 14.

Quos hymnos *Iriarte* primus publicauit; iidem et quinque alii, (qui quidem in editio-
nibus quatuor numerantur,) exstant Venet.
in cod. Marc. CCCCVI. Copiose eruditique de
iis disputat cel. *Morelli* in Bibliotheca Mſt.
gr. et lat. tom. I. p. 271. fqq.

Ad pag. 378. sub fin.

Procli Diadochi Sphaere. Astronomiam dis-
cere, cupientibus utilissima. *Thoma Linacro*
Britanno interprete, etc. Impressum Colon.
per Henr. de Nuffia. a. 1515. 4. — *Atha-
nasius Georgius Manufi* vertit *Wuchereri* phys-
icam in linguam eruditam, quae, vt quon-
dam in schedis notaui, a. 1801. Vindobon.
lucem adspectura sit: an prodierit, equi-
dem non comperi. Addita autem esse di-
citur adpendicis loco Πρόκλου σΩτερίᾳ ἀξο-
νος καὶ πόλου, sed in fine manca: integrum
tamen Procli sphaeram in cod. possidet *An-
thimus Gazi*, et ex eo, quae defunt, supple-
buntur, aut suppleta sunt.

Ad pag. 379. lin. 8.

Corr. 1533. et *lin. 19.* add. in noua Fabr.
ed. I. c. pag. 416. ac *lin. 14.* corr. *Procli.*

Ad pag. 380. lin. 13.

Leg. Homeri, et *lin. 19.* *Αἰσιοκίδης*, pag.
autem 381. *lin. 1.* vero putat mansisse. —
*De XVIII. Procli argumentis aduersus Chri-
stianos* v. Fabr. I. c. p. 418. §. XIV.,

Ad

Ad pag. 383. lin. pen.

Fabr. in m. edit. l. c. pag. 364. sqq.

Ad pag. 385. lin. penult. de Marino.

In noua ed. vol. IX. cap. 21. pag. 570.
sqq.

Ad pag. 386. de Seuero, lin. 5.

In m. ed. vol. VI. cap. 32. p. 53. nr. 5.
ibique vid. not. qq. [Add. *Abresch Lect. Ari-*
staenet. p. 235.]

Ad pag. 389. de Malcho, sect. 4. lin. 1.

In nou. edit. vol. VII. pag. 540. nr. 5. et
pag. 518. sqq. de *Byzantinae historiae scriptori-*
bus, et Corpore Byzantino.

Ad pag. 390. de Polluce.

Lin. 25. et 30. leg. Πολ. conf. ad Fabr.
B. Gr. vol. VI. libr. IV. cap. 35. pag. 144. §. III.
nou. edit.

*Ad §. 44. AMMONIVS, HERMEAK
FILIVS.*

Ad pag. 393. sect. 5. lin. 2. et 3.

In noua edit. vol. V. cap. 29. pag. 704.
sqq. — De philosophia *Ammonii* scriptit C.
F. Roesler. Tubingae, 1786. 4.

Ad

Ad §. 45. HIEROCLES.

Ad pag. 393. fin.

Ιεροκλέους — *Hieroclis philosophi commentar. in aurea Pythagoreorum carmina. Ioanne Curterio interprete etc. Londin. 1673. 12.* Cuius libri tomus alter inscriptus est: — *Hieroclis de prouidentia et fato, vna cum fragmentis eiusdem, et Liliū Gyraldi interpretatione symbolorum Pythagorae, notisque Merci Casauboni ad commentarium Hieroclis in aurea carmina, Londin. 1673.* Hunc alterum tomum non esse repetitionem prioris editionis Londinen sis, etiam docet *Andr. Dalzel* in *Collectaneis graecis minor. ed. Grohmanni, Lips. 1797. 8. p. 30.* vbi *selectas quasdam Hieroclis facetias* graece rectidi fecit cum annotatione grammaticis. — Ex *Hiero cle et alio anonymo de iure iurando Pythagorae* in cod. regio Matrit. ap. Iriart. de codd. mst. gr. Matrit. p. 465., qui, comparata *Petri. Needham* edit. Hieroclei commentarii, varietatem lectionis ex cod. adulit. — *Hierocles* comment. germanice versus prodiit *Tiguri 1778. 7.* — *Anglica versio inscripta est: The Commentary of Hierocles upon the Golden Verses of the Pythagoreans; now first translated into English from an accurate edition of the Greek Original, published in London, in the Year 1742.* *) by the learned Dr.

*) De illa aliisque edit. v. *Fabr. B. Gr. I. p. 801.*

Dr. *Warren*, accompanied with Notes and Illustrations, by *William Rayner*, A. B. Vicar of Calthorpe, Printed ad Norwich, sold by Longmann in London. 1797. 8. Adiecti sunt *Theophrasti characteres*. v. *Briiggemann* supplement, p. 79.

Facetias germanice verterunt Ramler, Berol. 1782. et *Kriegel*. in *griechischen Er-götzungen*, Lips. 1747. 8.

Ad pag. 394. lin. 20.

Corr. *quod*, et in sect. 6. lin. 1. *Hierocle*.

Ad §. 48. IOANNES STOBAEVS.

Ad pag. 396. sect. 1. lin. 3.

Corr. *adnumerari*.

Ad pag. 397. lin. 3. et 4.

sec. m.'edit. in vol. IX. cap. 30. (in quo vberius agitur de Io. Stobaeo,) pag. 572. ibique v. notam meam, in qua iam animaduerti, cl. *Heeren* in comm. de fontibus eclog. Io. Stobaei. §. III. sq. probabiliter ostendisse, Stobaei aetatem inter a. forte 450. et 500. esse ponendam. — In Stobaei autem libr. frequenter esse nominum auctorum confusionem, docet *Wyttensbach*. in edit. Plutarchi de sera numinis vindicta p. 129.

Ad pag. 398. sect. 4. lin. 11.

De edit. *Trincauelli* rarissima, in cuius fronte signatur a. 1536., in fine autem a. 1555.

1535. vid. Freytag in adparati litt. tom. III. p. 581. seqq. Idem monet, edit. Lugdun., quam pag. 399. recensui, a. 1608. in fol. prodidisse; illi vero Geneuenses a. 1609. addidisse separatim integra S. Maximi et Antonii Melissae collectanea. — Ex cod. Mosquensi *Iuvias Arsenii* dicitur Stobaeus posse multis locis suppleri.

Ad pag. 400. lin. 6.

Corr. Grotii, de cuius aliorumque collectionibus plura adnotauit ad *Fabr.* I. c. pag. 597. seqq. — In lin. antepen. scrib. *Belgium*. — *Partis autem secundae* tom. I. et II. prelum reliquerunt *Göttingae* 1801. atque tomo secundo addita est *Frid. Jacobs.* epistola critica in Stobaei eclogas, quam excipiunt quinque indices.

* *pag. 401. lin. 4.*

Editionis, quam correctiorem atque auctiorem paraturus erat cl. Schow, prior tantum pars lucem adspexit, huins sententiae: *Ioannis Stobaei Sermones*, e Mss. codd. emendatos et anctos edidit Nicol. Schow, Prof. Hafniensis. Pars I. Sermo 1—XXVII. Lips. 1797. mai. 8. Spem continuationis decollauit tristissimum illud incendium, quod ineunte a. 1794. vt regium palatium Hafniense, ita etiam Schowii libros omniaque, quae ille in itinere collegerat ad Stobaeum summornandum, absumfit. Conf. censuram in Ien. A. L. Z. a. 1800. nr. 294. et 295.

C

Ad

Ad §. 50. PROCOPIVS GAZAEVS

Ad pag. 402. lin. II.

In fronte edit. tantum legitur: *Proco-
pii — — Io. Meurius nunc primus graece
edidit, et latinam interpretationem adiecit; in
inscriptio autem contextui pag. 1. praefixa:
Procopii Gazaei sophistae in quatuor
libros Regum scholia, Ludouico Lauatero Ti-
gurino interprete: contra, pag. 333. haec legi-
tur inscriptio: Procopii Gazaei in Paralipome-
na scholia, Ludouico Lauatero, et Hartmanno
Hambergero, interpretibus. Ipse autem Meur-
ius nullam praefationem praemisit.*

Ad pag. 403. lin. 4 et 5.

Sec. m. edit. in vol. VII. p. 563. sqq., vbi
plura de *Procopio Gazaeo* eiusque scriptis
adnotauit: tum in vol. VIII. p. 645., vbi de
Olearii apographo integro preloque parato
in nota *mm* quaedam adscripti, atque in vol.
IX. p. 760. sq. — Lin. 24. scr. *Photius*.

Thomas Ittigius in libro de Bibliothecis
et catenis patrum p. 383 ex *Combefisi* biblioth.
concionatoria alium *Procopium Diaconum*
incertae aetatis producit, eumque, tradit,
laudationem Marci, item laudationem Michae-
lis et Gabrielis Angelorum, et alia quaedam
scripsisse.

Ad pag. 404. med. de *Philoxeno*.

Fabr. B. Gr. in noua ed. vol. VI. pag. 635.
sqq. et p. 376. sqq.

Ad

Ad §. 55. AGAPETVS.

Ad pag. 405. sect. 3. lin. 3 et 4.

Corr. pag. 197. nr. 1110. vbi est edit. Calliergi græc. et lat. In tomo autem II. p. 192. nr. 3644. est editio eiusdem tantum latina. — Opusculum *Agapeti de officio regio etc. graece.* Colon. 1517. 4. Quare suspicor, edit. Colon. 1527. 4. in ultima linea ex *Hambergeri Z. N. III.* p. 334. memoratam, esse dubiam, et ex errore typographico enatam, nisi dixeris, hanc esse superioris repetitionem, aut nouam tantummodo accepisse inscriptionem libri. — Cum Aesopo, aliisque aliquoties editus est *Agapetus*: v. quae adnotauit ad Fabr. B. Gr. vol. I. p. 645 et 646 ac 338. addit supra Suppl. I. p. 72., quibus addes edit. seu collectiōnem, gr. Basil. ap. Nic. Bryling. 1553. 12. et 1554. 8. — *Ijocratis Paraenesis*, h. e. Praecepta de officiis, seu honestis moribus adolescentium. Eiusdem oratio ad Nicoclem, de regno. *Agapeti expositio admonitoria ad Justinianum imperatorem.* Haec omnia graece cum lat. interpretatione etc. Lugduni ap. Io. Tornaeium, 1579. 12.

Ad pag. 406. lin. 1.

Matth. Martinii ed. recusa est Bremae 1615, 12. (non, vti Fabric. scripsferat in forma 8.). In manibus eam habeo huius sententiae: Εκθεσις κεφαλαιῶν παρανετικῶν Ἀγαπῆτου — — h. e. capitula monitoria *Agapeti*, quae vocari solet *Scheda regia*; cum latina versione

C. 2

Mat-

Matthiae Martinii. Adiecta sunt illustriora loca scripturae de officio regum omninoque magistratum, graece et lat. Bremae MDCCXV, 12.

Ad pag. 406. sect. 3. lin. vlt.

Anonymi versio est inscripta : LXXII. *Ermahnungstücke eines Geistlichen der katholischen Kirche an den Kaiser I***.*

*Ad pag. 406. sect. 4. **

sec. meam Fabr. B. Gr. edit. in vol. VIII, p. 36. sqq.

Ad pag. 408. de Actio, sect. 4.

In noua Fabr. B. Gr. ed. vol. IX. cap. 18. pag. 228, sqq., vbi plura adscripti.

Ad §. 55. COLVTHVS.

Ad pag. 409. sect. 3.

Coluthi Lycopolitae — — de raptu Helenae, ac iudicio Paridis, poema: nunc primum ab *Helio Eobano Heffo* latino carmine redditum. *Epithalamion Helenes ex Theocrito. Moschi amor fugitiuus*, eodem interprete. Erphurdiae a M. D. XXXIII. mense Maio in fronte; sed in calce, Erphurdiae excud. Melchior Saxus. Anno M. D. XXXIII. (1533.) mense Maio. 4. conf. *Freytag Nachr. von selten. Büch.* p. 198. et praef. ad Introd. tom. II. part. 2, p. VII. sq.

Ad

Ad pag. 410. sect. 5.

In nou. ed. vol. 1. pag. 557. §. VII. Multo tamen plura de Colutho etc. scripsi ad vol. VIII. cap. VI. pag. 166. sqq. — Ibid. p. 169. sqq. de *Tryphiodoro*.

Ad §. 57. COINTVS f. QVINTVS.

Ad pag. 413. sect. 3. lin. vlt.

Nouam edit. cura *Tychsenii* propediem lucem adspecturam esse, ex nuntiis litterar. cognoui. — Guerre de Troie, depuis la mort d'Hector jusqu'à la ruine de cette ville. Poeme en quatorze Chants par *Quintus de Smyrne*, faisant suite à l'Iliade et traduit pour la premiere fois du Grec en François, par *R. Tourlet* II. tom. 1800. 8. et 12. conf. ephem. litt. Gotting. a. 1801. p. 1613. sqq. Interpres *Tourlet* oppugnat vulgarem de aetate auctoris sententiam, et poema, opinatur, aeuo antiquiore nec tempore imperatorum roman. esse confectum, potissimum ex Virgilio: sed dubitat censor, magis tamen probat interpres iudicium, poematis filum, cum Colutho et Tryphiodoro non esse comparandum, ideoque non posse Coluthum esse illorum aequalis. In diff. subiuncta, sur le Poème attribué à *Quintus de Smyrne*; Coniecture de l'Auteur, existimat, poëma continere collectionem antiquiorum poematum, opus veterum rhapsodorum, qui Iliada continuassent, et Quintum fuisse collectorem, eamque collectio-

lectionem seruatam fuisse et repertam in codice, a Beſſarione, patre purpurato, in Calabria inuenito. [Aliam opinionem protulit *Chandlerus* in libro: *The history of Ilium or Troy* (Lond. 1802. 4.) p. 15, tribuens illud carmen, quod sub Quinti nomine fertur, *Marco*, idque coniiciens ex Ovid. Epist. Pont. II, 10.] — In *Wielandi nouo Mercurio germ.* a. 1802. partic. XI. pag. 183. sqq. legitur *Peuceri* versio metrica libr. I. Paralip. Quinti Smyrnaei; cui p. 180 sqq. *Böttiger*, breuem de eo carmine praemisit disputationem. Add. praef. ad tom. II. part. 2. p. VIII.

Ad pag. 418. lin. 1.

Authenticae s. Novellae Constitutiones Dni Iustiniani, gr. et lat. in tomo II. Corporis I. C. — Gebauer — Spangenberg. Gotting. 1797. mai. 4. conf. Bibl. nou. vniuers. germ. Kilon. vol. L, part. I. Fasc. II, praecipue pag. 82. sqq.

Ad pag. 420. de Philopono, lin. 21.

In fine: Venetiis in aedibus Barhol. Zanetti — — aere vero et diligentia I. Franc. Trincavelli a. M. D. XXXV.

Ad pag. 421. de CHORICIO.

ſect. 2. lin. in noua editione vol. IX, ad cap. 26. pag. 760. sqq. de Choricio quaedam adieci, sed binas Choricii exclusi orationes.

Ad pag. 422. de Cosma lin. 2. leg. topographiam.

Ad

Ad pag. 426. sect. 4 de SIMPLICIO.

De eo multo copiosius Fabricius et ego disputauimus in B. Gr. vol. IX. cap. 24. pag. 529. sqq. — *Simplicius* comment. illustravit Iamblich. de philosophia Pythagor. v. supra ad §. 2. de Iamblich. sect. 4. ad pag. 303.

Ad pag. 427. sect. 3. lin. 2. de Petro Illyrio, in nou. ed. Fabr. B. Gr. vol. VII. p. 538. sqq.

***Ad §. 68. PAVLLVS SILENTIARIVS.**

Ad pag. 430. lin. 3.

Carmen in *Thermae pythicas* latinis versibus redditum est, addita animaduersione docta, ab *Hieronymo de Bosch*, (nuper mortuo.) in huius Poëmatibus, Traiect, ad Rhen, 1803. mai. 4. sub finem.

Ad pag. 431. sect. 4. lin. 2.
sec. m. edit. vol. VII. p. 581. sqq.

Ad §. 69. PROCOPIVS.

Ad pag. 433. lin. 4.

Exemplar ed. Hoefchel. cum variis Reineschi lectt. est in bibl. Citzensi.

Ad pag. 434. sect. 6. lin. 1. 2.
sec. m. edit. vol. VII. p. 553. sqq.

Ad

Ad §. 70. HESYCHIVS ILLVSTRIS.

Ad pag. 435. sect. 3. lin. 8.

Ed. Geneu. alibi, forsan rectius, signatur nota a. 1607. — tum ad lin. 13, in ed. Meurſii haec eſt ſeries operis: *Hesychii Milesi de viris doctrina claris liber*: eiusd. de rebus patriis CPoleos: *Bessarionis epiftola graecobarbara*: *Hadriani Junii ad priorem Hesychii librum caſtigationes*: *Henr. Stephanii ad eumdem adnotatt.*, denique *Io. Meurſii ad omnia et ſingula notae*.

Ad pag. 436. sect. 4. lin. 1.

In noua edit. vol. VII. pag. 544. fqq. et *de Theophane*, (ad §. 72.) ibid. p. 459. fqq. not. 2. ac pag. 543. sect. 10.

Ad §. 74. AGATHIVS.

Ad pag. 438. sect. 1. et 2.

Agathius de bello Gothorum, *Christophoro Persona* interprete Romae ap. Iac. Mazoch. 1516, fol. Exemplar eft quoque Coburgi in bibl. Gymnaſii: v. *Facii progr.* de vett. libris in illa bibl. Coburg. 1802. 4. pag. 8. add. *Fabr. B. Gr.* vol. VII. pag. 566. fqq. nou. edit., vbi quoque de aliis illius versionis edd. egi et p. 569. iam adnotauit, *Agath.* epigrr. etiam eſſe in Anthol. gr. ed. *Jacobs*, tom. III. pag. 3. fqq. et hunc virum doctum Agathiae praef. ediditſſe in animaduertſi. in epigrr. Anthol. vol. I. prolegomm.

gomm. pag. LII—LVIII. etc. — De Menandro (§. 75.) v. Fabr. l. cit. pag. 540. sqq.

*Ad pag. 440. de Leontio, lin. 4.
sec. m. edit. vol. VIII. p. 309. sqq.*

Ad §. 77. PALLADIVS.

**Ad pag. 440.*

Hic Palladius dicitur *Iatrosophista Ale-*
scandrinus a Fabr. B. Gr. vol. IX. pag. 19. vet.
ed. et a Saxio in Onomast. II. pag. 41. Add.
Fabr. l. c. vol. XII. pag. 637. et 778.

Ad pag. 443. *de Stephano* lin. 1. corr.
Frellonium.

Ad pag. 444. sect. 4. de MOSCHIONIBVS.

Moschionis cuiusdam sententiae editae
primum a Bandinio in graecae ecclesiae veteris
monumentis etc. Florent. 1762. 8. tom. II.
nr. 9.

*Ad §. 82. THEOPHYLACTVS SI-
MOCATTA.*

Ad pag. 446. sect. 4. lin. 3.

Illa collectio varr. lectt. pertinet ad *Theo-*
phyl. Bulgar., de quo v. Introd. II. 2. p. 305. sq.
De nostro *Theoph. Simocotta* leges plura in
Fabr. B. Gr. vol. VII. p. 582. sqq. nouae edit.
add. ibid. p. 540. sq. — *Epistolarum* editio-
nibus

nibus addatur rara ed, latinae interpretationis: *Theophilacti Scolastici Simocati epistolae morales, rurales et amatoria, interpretatione latina (per Nicolaum Copernicum.)* Praecedit *Laurentii Coruini elegia, qua valedicit Prutenis.* In fine: *Cracoviae in domo domini Ioh. Halleri. Anno M. D. IX. (1509.)* 4. conf. *Goetzius Memorabil. bibl. Dresd. tom. II, fasc. 1. pag. 6. et Panzeri A. T. vol. VI. p. 452. nr. 33.*

Ad pag. 446. §. 83. de Georgio Piside, sect. 2. lin. 8.

In noua Fabr. edit. vol. VIII. p. 612. sqq.
Pag. autem 447. lin. 4. leg. *Hexaëmeron.*

Ad §. 84. LEO MAGENTENVS.

Ad pag. 447. lin. 4 et 5.

In noua ed. vol. VII. pag. 717. sqq., ubi quoque in nota uu locum Fabr. ex vol. X. pag. 527. sq. vet. ed. reductum adtuli, aliaque addidi. — In lin. vlt. corr. *septemnam.*

Ad §. 85. PAVLVS AEGINETA.

Ad pag. 448. sect. 2.

Pauli Aeginatae praecepta salubria Guil. Copo, Bailleiensi interprete. Paris ex offic. Henr. Stephani 1510. 4. v. Maittaire A. T. tom. II. p. 207. tum, (vt in fine legitur,) Argentorati ex aedib. Mathiae Schureri, 1511. 4. v. Freytag, adpar, litter. tom. III. p. 337.
— dein

— déin Paris. ex off. H. Stephani 1512. 4. et 1527. 4. — *Pauli Aeginetae pharmaca simplicia, Othono Brunfelsio interprete.* Idem de ratione victus, *Guil. Copo* Basiliensi interprete: in fine: Argentorati excud. Georg. Ulricher Andianus. 1531. 8. v. *Panzer.* A. T. VI. p. 120. — *Pauli Aeg.* opus de re medica, nunc primum integrum, latinitate per *Io. Guinterum Andernacum.* Paris. ap. Simon. de Colines (cuni adnotatt.) 1532. fol. — *Coloniae opera et impensa Ioan. Soteris.* 1534. fol. — Venet. 1542. 8. Editor in prooemio spernit ed. Aldin. tamquam imperfectam; ipse vero tribus usus bonis codd. ad contextum restituendum, confecit suam interpretationem. — Idem opus, ex interpretatione et cum commentariis *Io. Guinteri Andernaci;* adiectae sunt annotatt. *Iac. Gouyli,* ex edit. et cum scholiis *Io. Baptista Camotii.* Venet. ap. F. Turrisianum sub signo Aldi. 1553. 8. De raris illis editt. v. *Clement Bibliotheq. curieuse, histor. et critique,* tom. I. pag. 58. sq. add. *Fabr.* l. c. pag. 578. sqq. — *Pauli Aeginetae,* medici insignis, opus diuinum, quo vir ille vastissimum totius orbis oceanum, laconica breuitate, sensibus argutis merisque aphorismis in epitomen rededit. *Albano Torino Vitedurenfi interprete.* Basil. per Andr. Cratandr. et Ioan. Bebel. 1552 fol. v. *Panzeri A. T. VI.* p. 288. nr. 374. et de aliis edd. *Fabric.* l. cit.

Ad §. 86. GEORGIVS.

Ad pag. 449. sect. 2. lin. 1.

In noua ed. vol. VII. p. 457. sqq. de *Georgio*, atque vol. VI. p. 133. de *Michaele Syncelio*. Add. Scaligeri epistolas, epist. 391. p. 677.

Ad §. 87. THEOPHANES.

Ad pag. 451. sect. 4. de *Theophane*. lin. 4.

sec. m. ed. vol. VII. p. 459. sqq., vbi plura sunt adiecta. — Ad lin. 5. Diuersus quoque est *Theophanes*, Nicaenus archiepiscopus, circa a. 1347., cuius *Hymnus* in Adnuntiationem deiparae vulgatus est ab Aldo, gr. et lat. vna cum Prudentio, Prospero, Io. Damasceno, Cosma etc. Venet. 1501. *) 4. — rec. in Bibliothecis patrum in supplemento Bigneano, Paris. 1579. et in tom. VIII. a. 1589. ac 1654, item Coloniae 1618. tom. VIII. v. *Fabr. B. Gr. X.* p. 240. sq. vēt. ed., vbi plures enumerantur *Theophanes*.

Ad §. 89. NICEPHORVS.

Ad pag. 454. lin. 6.

Corr. Nicephori Gregorae. In ed. Petavi. sequuntur p. 240. sqq. *Nicephori Gregorae frag-*

*) De hoc volumine, quod primum est Collectio-
nis poetarum christianorum, et rarissimum, v.
cl. Panzerii A. T. Vol. VIII. p. 341.

fragmenta, quae in superioribus edit. desiderantur; pag. 258. sqq. *Gregorii*, cognomento *Figuli* (Κεραμέως) Tauromianitani in Sicilia archiepisc. in *Indictionis* s. anni principium, *hortum*, gr. et lat. pag. 286. sqq. Ex *Eusebio Pamphili* collecta, in libro, qui inscribitur *Basilicus*; initium mundi, ab Adamo usque ad init. Alexii Comneni s. chronologia: *Gregorii Pachymerii* fragm. quaedam nondum edita. (p. 315. sqq.) gr. p. 407. sqq. *Hippocratis* libellus περὶ τῶν Φαρμακῶν καθαρωτίνων, gr. ex cod. Cuiaciano. Sequuntur *Petauii* notae chronolog. 206. sqq. *Nicephori* fragm. ex *Theophane*, gr. et lat.

Ad pag. 455. sect. 5.

In noua Fabr. B. Gr. edit. vol. VII. p. 462. sq. — pag. 603. sqq., vbi quoque p. 609 sq. alii recensentur *Nicephori*, et p. 610. sqq. add. *Walchii* histor. haeres. (germanice scriptam,) tom. X. p. 511. sq. XI. p. 280. sqq. 325 sqq. 360. sqq.

Ad §. 92. BASILIVS MÀCEDO.

Ad pag. 457. lin. 6. sect. 3.

De Testamento Basili Makedonis imperatoris ad filium Leonem ex lingua Moscouitica, vel potius Slauica translato in Georgianam per *Alexandrum di Bacar di Vachtangh*, regem Cartli a. m. 7247. siue a. Chr. 1754 in 12. (probabiliter Mosquae aut Svezkæ,) et de cod. Vindobon. chartaceo, nr. 238. inter codd. theolog.

theolog. gr., qui continet a fol. 17 — 29. Basili Maceo, capp. commonitoria LXV. ad filium Leonem, cognonine philosophum, v. Franc. Car. Alter veber *Georgianische Litteratur.* Vindob. 1793. min. 8. p. 120. sq.

Hoepfneri progr. de Basiliacis libris. Giellae. 1774. 4. — Epitome cum additamentis et correctionibus tam Hoepfneri, quam Hugonis, in posterioris *Civilistischen Magazin*, vol. II. fasc. IV. Berol. 1797. 8. nr. XVII. — *G. I. R. Hoepfner's Berichtigungen gewöhnlicher Vorstellungarten über die spätern Schicksale der Basiliken mit zwey Zugaben.* In priore additamento Hoepfner. in schemate quodam, argumentum, quod ab origine erat, et numerum titulorum, quos libros possederit Cuiaci, aut non habuerit, aut quorum utrumque sit dubium, proponit; alterum additamentum exhibit historiam Basilicarum litterariorum conf. *Iosephi Mariae Suaréfii*, episcopi Vasionensis, notitia Basilicorum: recensuit et obseruatt. auxit *D. Christian. Frider. Pohlius*, ciuitatis Lipsiens. Senator et Syndicus. Lipsiae 1804. 8. pag. 1. sqq.

Ad §. 93. et pag. 455. de Niceta. lin. 7.

In nova edit. vol. VII. p. 747. sq.

Ad §. 94. PHOTIVS.

At pag. 461. lin. penult.

Msto. scilicet Cambridge. in bibl. collegii Trinit. Ex hoc cod. editurus id erat Porson, Prof.

Prof. L. Gr. Cambridg. sed ignis combussum et
absumit ea, quae iam elaborarat, cum optima
bibl. Porson. parte.

Ad pag. 462, lin. 15.

Dele numer. an. 1792. Nam memorata
epistola, 8. pag. 8. in fronte caret nota loci
annique; in ultima autem pag. legitur: Kop-
penhagen d. 19. März 1789. Paullus illam
demum loco cit. recensuit a. 1792. v. Lips.
allgem. litter. Anz a. 1798. nr. CCIII p. 2109.
— Ipse D. Laur. Ancherspem fecerat editionis
criticae Glossarii Photiani ad apographum
Reiskianum, quod in bibl. P. F. Suhmii ve-
nerat. (v. *Iac. Baden* in opusculis latinis,
Hauniae 1793. 8. p. 399.) sed illius edit. spem
decollauit mors. At Ancherae praeclarum ad
nouam editionem, prelo ferine *paratam*, con-
gestum adparatum et in catalogo librorum illi-
us, publica auctione distrahendorum, Othe-
nis 1799. 8. ab initio copiose expositum, re-
liquit. — Add. cl. Chardonius la Rochette
in *Magefin encycloped.* tom. III. p. 364. sqq. Paris
1797. et cl. Morelli Bibl. instam gr. et lat.
tom. I. p. 315. sqq. de duobus Photii codd.
collatis cum Hoeschelii editione.

Ad pag. 464, lin. 6.

Αμφιλοχία, Responiones ad quaestiones et
dubitaciones CCCVIII. ab Amphiliacho, Cyzi-
ci metropolita propositae: v. Fabr. l. c. pag.
561. sq. Add. M. Io. Iustus. Spier in Witten-
bergischen Anmerkungen ueber theologische;
phi-

philosophische, historische, philologische und kritische Materien. part. I. Witteb. 1738. 8. dedit adnotatt. in Photii Amphilochia, et in fine quaedam ex illis Amphilochiis, necdum edita. v. Lips. ephem litter. a. 1738. p. 695. et Kordes. in Lips. *allg. litter. Anzeig.* n. 97. p. 925. sqq. a. 1801, vbi plura quoque de Spierio traduntur.

Ad pag. 464. sect. 4.

M. Constantin Wolf. diff. Photius ephe-
meridum eruditarum inuentor. *Witteberg.*
1689. 4., de qua plura leges in Lips. *allg. litt.*
Anz. a. 1800. nr. 133. pag. 1303. sq.

Ad pag. 464. sect. 5.

Mich. Pselli capp. yndecim theologica de
S. Trinitate et persona Christi, cum *Cyrilli
Alexandrini* et *Io. Damascani* argumentis con-
tra Nestorianos etc. edit. *Io. Wegelin.* Augustae
Vindel. 1611. 8. v. ad Cyrillum Alex. in Introd.
II. a. p. 284. sq. — *Mich. Pselli* synopsin
legum, cum *Bosqueti* vers. lat. et notis, no-
tisque Siebenii selectis, edidit *L. H. Teuchler.*
Lips. 1789. 8. conf. *Ios. Mariae Suarez* noti-
tiam Basilicor. ad §. 92. laudatam p. 23. sqq.
praincipue Pohlii notas.

[De Michaelis Pselli epistolis perquam
eruditis monuit Casaubonus ad Athen. p. 27.]

Ad pag. 466. de Ioanne Malala, sect. 4.
lin. 1. in. m. ed. vol. VII. p. 446. sqq. et p.
683. de *Io. Cameniata.*

Ad

Ad §. 96. LEO IMPERATOR.

Ad pag. 467. lin. 3.

Leg. exfliterunt. — Conf. *Suaresii Notitiam* etc. ad §. 92. laudatam, pag. 4. sqq. ibique *Pohlii* not. δ, p. 29. sqq. praesertim p. 30. sqq. *Pohlii* adnotat. p. 34. seqq. de *Leonis epitome* f. ecloga legum, de *Prochiræ legum* etc.

Ad pag. 468. med.

Tiberii II. Leonis philosophi, Zenonis aliorumque principum orientalium Constitutiones nouissimæ, in tom. II Corporis I. C. ed. *Gebauer* — *Spangenberg*. v. nou. bibl. german. vniuersi. vol. I. part. I. fasc. 2. pag. 63. sqq. inpræmis pag. 86. sqq. — Pag. 469. lin. 12. leg. *Aelianii*.

Ad pag. 470. lin. II.

Leg. v. partes. Vindob 1773 — 1781. — et pag. 471. lin. 6. plura leges in noua *Fabr.* B. Gr. vol. VII. p. 695. sqq. — de *Leonis orat.* p. 698. sqq. — de eius *Tacticis* p. 701. sqq. et sic de reliquis Leonis scriptis: — lin. 14. corr. hae.

Ad pag. 474. de *Simeone Metaphraste*, sect. 3. lin. 1. — in nou. edit. vol. VII. p. 471. sq. et 683. sqq.

D

Ad

*Ad §. 100. LEO.**Ad pag. 475. lin. 5.*

sec. m. edit. vol. VII. p. 715. sq. — *Theodoſio Meletino*, de quo v. *Fabr. B. Gr.* VII. p. 472., tribuitur *chronicon*, quod editurus est cl. *Ign. Hardt*, qui tamen in Lips. *allg. litter. Anzeig.* a. 1801. nr. 64. p. 621. monet, verum illius auctorem esse *Leoneū grammaticum*, non Theodosium.

*Ad §. 101. THEOPHANES NONNVS.**Ad pag. 476. lin. 1.*

Tomus II. ibid. 1795. continet reliquam epitomes partem, gr. et lat. cum notis: *tum de febribus opus aureum*, lat. ex edit. Veneta, 1576. fol. atque indices, quorum primus dat syllogen vocabulorum, a Du Cange in *Glossario praeteritorum*. Conf. quoque Lips. *ephem. litter. a. 1795.* nr. 66, et Ien. *A. L. Zeit.* a. 1796. nr. 260. m. Augusto.

Ad pag. 476. §. 102. de Georgio Monacho v. *Fabr. B. Gr. nou. edit. vol. VII. p. 685.* — *et pag. 530. sqq. de Iosepho Genesio*; de quo breuiter dixi in §. 103.

*Ad §. 104. CONSTANTINVS PORPHYROGENNETVS.**Ad pag. 478. sect. 3. lin. 1.*

De Bandurii libro v. in noua *Fabr. edit.* vol.

vol. VII. p. 528. sqq. — Ad lin. 4. notetur,
scil. liber prior, numquam antehac editus.

Ad pag. 480. sect. 4. lin. 1.

sec. m. edit. in vol. VIII. pag. 1. sqq. et
p. 16. sqq. de collectore Geoponicon.

Ad pag. 482. lin. 20. de **CHRONICO PASCHALI**.

In noua ed. vol. VII. p. 449. sqq. —
Roesler edidit Chronica medii aeui tom. I.
Tubingae 1798. 8. (v. Suppl. ad meam Noti-
tiam breu. litteraturae rom. part., II. p. 553.)
Tomo illi praefixit diff. I. de annalibus medii
aeui ad usum historicum diligentius præpara-
randis, (quae olim constabat tribus disputa-
tionibus academicis, Tubingæ 1788. 1789
et 1793. ventilatis;) tum dissertat. II.
de chronicis (XII. post Eusebium atque Hiero-
nimum, iunctim hic editis, aut partim
insertis, (p. 73 — 128.) in qua nr. 7. de *chro-*
nico paschali, de singulorum auctoribus, usu
et auctoritate in historia, de editionibus ac re-
censionibus etc. egit.

Ad pag. 484. §. 108. de *Io. Mauropo* Fabr. in
noua ed. vol. VIII. libr. V. cap. 12. p. 627.
sqq., vbi alia *Mauropi* scripta recensentur.

Ad §. 110. GEORGIVS CEDRENVS.

Ad pag. 485. sect. 2. lin. vlt.

Rec. in editione Corporis Byzant. Vene-
D a ta,

ta, 1729. tom. VIII. v. Fabr. B. Gr. nou. ed. vol. VII. p. 464. sqq.

Ad pag. 487. § 112. de Ioanne Scylitze, sect. 3. Plura leges in noua Fabr. edit. vol. VII. p. 722. sqq.

Ad pag. 493. lin. 1. corrig. Persarum, et pag. 494. lin. 23. scrib. pag. 502. sqq.

Ad pag. 497. lin. 15. de Alexio Commeno: sec. m- edit. vol. VII. p. 728. sqq. — et p. 729. sqq. de Manuele Comneno, a. 1170. — De huius donario Mexillum sericum graeca precatione intextum, et ab imp. Man. Comneno S. Michaeli dicatum,) v. Io. Frid. Amandutii comm. in Anecdoto litter. vol. III. p. 10. sqq. et p. 23. sqq. is ipsam precationem gr. et lat. dedit docteque illustravit.

Ad pag. 499. §. 121. sect. 3. de Io. Zonara v. etiam Fabr. B. Gr. vol. VII. p. 465. sqq. — et ad pag. 500. de Nicephoro Bryennio Fabr. l. cit. p. 647.

Ad pag. 501. §. 125. de THEODORO PRODROMO v. Fabr. B. Gr. I. p. 377. et VII. p. 137. sqq. atque de libr. male Theodoro nostro adtributo, de amoribus Drosillae et Chariclis, cel. Morell. in Bibl. Mſia gr. et lat tom. 1. pag. 281. sq.

Ad §. 124. ANNA COMNENA.

Ad pag. 503. sect. 4. lin. 1.

In noua ed. vol. VII. p. 726. sqq. Add. D. H. Hegewisch über die Alexias der Ann.

Anna Comnena, in illius historisch. und litterarisch. Aufsätzen, nr. 4. Kilon. 1801. 8.

Ad §. 125. SVIDAS.

Ad pag. 503. sect. 1.

In nou. edit. vol. VI. pag. 389 — 595. vberrime differitur de Suida, in specie pag. 400. seqq. de editionibus.

Ad pag. 506. lin. 6.

Cl. Müller in progr. de Suida, observationibus Thomae Reinesii ornato, Lipsiae 1796. 8. prodit, in bibliotheca episcopali Cizensi custodiri exemplar edit. Porti cum multis Reinesii notis missis, in illis, animaduertit, et versionem Porti et textum Suidae graecum emendari, aut fontes, vnde hausit Suidas, aperiri, aut loca adferri parallela, aut monstrari transpositiones etc. Idem vir doctiss. ostendit, iam Kusterum tacite usurpasse illas Reinesii adnotationes, atque Olearium suas in Suidam obseruatt. maximam partem, ex illo desumisse exemplari Reinefiano.

Ad pag. 507. sect. 4.

In Notices et Extraits des Mssis de la Bibliothèque nationale et autres Bibliothèques publiés par l'Institut national de France. Faisant suite aux Notices et Extraits lu au Comité établi dans la cidevant Académie des Inscr.

Inscr et B. L. tome V. de l'Imprimerie de la Republ. an VII. mai. 4. est nr. 1. *de Brequigny* comm. de Mslo quodam Lexici Suidae, quondam ex biblioth. collegii Iesuitarum, quod ad Dorvill: peruenit. Is cod. tantum continet nonina hominum, neque tamen omnium. Brequigny autem putat, nomina; quae in hoc cod. deessent, serius fuisse inserta: et hoc exemplar primi purique textus Suidae, et fundum quasi operis factum esse a Suida quodam, Augusti tempore: ideo manuult legere σενταζαμενοι (passione αυτῷ) πρόσωπον. Contra ea censor in ephem. litt. Gottingens. a. 1800. p. 1698. sq. bene animadvertisit, pari iure posse contendi, illum codicem esse contractum, atque epitomen plenioris Lexici; Suidae codicem esse recentem, saec. XVI. sed descriptum ex cod. quodam post a. 1442. et hunc ex cod. a. 976. exarato; nullum cod. eorum, quos nostra habeat, aetas, superare saec. XII. articulos ipsos frequenter esse decurtatos. — In aliis Notitiis codd. Paris. quondam regiorum, (Notices et Extraits des Msis de la Bibliothèque du Roi,) est secundum versionem german. *Io. Mich. Lobstein* tom. I. part. I. (Hildburghaus. 1791. 8.) pag. 267. seqq. *de Rochefort* longa doctaque descriptio Lexici cuiusdam graeci msli bibl. regiae nr. 2408. Vir doctus p. 273. seqq. late comparauit illud lexicon msli. cum Suida, et tantam obseruauit vtriusque similitudinem, vt alter alterum aut vterque antiquius Lexicon exscriptisse, ipsi videretur. discri-

crimen tamen inter vtrumque bene demonstrauit: nec Suidae lexicon integrum, sed a recentioribus librariis interpolatum auctumque ad nos peruenisse censet: multaque alia praeclara ad interpretandum Suidae Lexicon additum; dein pari modo contendit cod. mlt. cum *Hesychio* ac *Lexico etymologico*. — Add. *Fabr.* I. c. p. 417. sq. et cel. *Morelli* Bibl. Mstam gr. et lat. tom. I. p. 314. sq. et 319. et *Schuzii* specimen; perperam ad §. seq. sect. 2. laudatum. V. Add. ad *Introd.* II. 2. p. 355.

Ad pag. 508. lin. 1.

scrib. *Lipfiae* 1785. 8. recusa auctaque in libro docto: *Suidae et Phauerini glossae sacrae; graece cum spicilegio glossarum sacrarum Hesychii et Etymolog. M. congegit*, emendauit et notis illustrauit *Io. Chr. Gottlieb Ernesti*. — *Acc. dissertatiuncula de glossis sacris Suidae et Phauerini*. Lips. 1786. mai. 8. Plura v. ad *Fabricii B. Gr. VI.* p. 415. sqq., vbi aliorum 'VV. DD. Emendationes subsidiaque litteraria iam laudani. — *Schweighäuserus*, filius, nouam parare dicitur editionem Suidae Lexici. v. *Chardon la Rochette* in *Millin Magas. encyclop.* tom. I. 7me an. nr. 2. p. 201.

Ad pag. 508. lin. antep. de Constantino Manasse: sec. m. ed. vol. VII. p. 469. sq. et p. 733. sq. de *Ioanne Cinnamo*.

ad

Ad §. 129. IOANNES TZETZES.

Ad pag. 512. sect. 2. lin. 3.

Conf. F. I. G. *La Porte* — du Theil censorum Antehomericorum — a Jacobio editorum, in *Millin Magasin encyclop.* a. VI. nr. 21. pag. 27. sqq. et commode ex ea excerpta in *Beckii commentar. societat. philolog.* Lips. vol. II. partic. II. pag. 286. sqq. — Distinguendi sunt *Ioannes et Isaacus Tzetzae*. Posterior scripsit scholia in *Lycophon*. prior autem comment. in *Homer. Chiliades*; allegorica et historica carmina; carmen de educatione puerorum etc. Qui illorum scripsit schol. in *Hesiodum*, definire non audet *Ben. Guij. R.* in *neuem allgem. Intelligenz-Blatt für Litterat. v. Kunst* part. XI. pag. 172. ad Lips. Litt. Z. et laudat *Gerbelii* praefat. ad Ioan. Tzetzae varia carmina, qui de utroque copiose differuisse dicitur.

Ad pag. 512. §. 129. de *Isaaco Porphyrogen.* lin. antep. add. in ed. nou. vol. VI. p. 54. nr. 8. et VII. p. 730.

Ad §. 134. EVSTATHIVS.

Ad pag. 516. lin. 21.

De ed. Vindobon. a. 1791. v. Add. ad Introd. II. 2. p. 555. atque praefat. ad eamdem partem pag. VII. et de eo, maxime de versioribus libelli romanensis vide, si placet, quae scripsi ad *Fabricii B. Gr.* vol. VIII. p. 136. sq.

De

*De Eustathio anteceffore, et Eustathio Patricio v. Fabr. B. Gr. vol. IX. p. 150. in primis p. 152., vbi plura adscripti. Ibid. multi alii Eustathii, in his p. 153. sq. *Eustathius*, Thesalonicensis archiepiscopus, enumerantur ac recensentur. Add. de *Eustathio anteceffore* cel. Morelli Biblioth. mst. gr. et lat. tom. I. p. 99. 101 et 106.*

Ad pag. 517. §. 136. de Ioele etc. lin. 6. add. in noua edit. vol. VII. p. 773. sq. et de Georgio Acropolita, ibid. p. 766. sqq.

*Ad §. 137. NICATAS ACOMINATVS
CHONIATES.*

Ad pag. 518. sect. 2.

In noua ed. vol. VII. pag. 737. sqq. de *Niceta nostro*, omisi illud fragmentum; Fabri-
cii tamen notas retinui p. 741. sq. multa vero
alia adscripti. Add. ibid. p. 737. sq. in primis
not. oo. de *Michaele Choniate*, et de insigni
cod. Florent. Bandini epistola de *Michaele*
Acominato, eiusque scriptis. Florent. 1767.
§. De *Nicephoro Blemmyda*, (pag. 520. §.
138. nominato,) v. *Fabr. l. c.* pag. 669. sqq.

Ad §. 139. IOANNES ACTVARIVS.

Ad pag. 520. sect. 2. lin. 2.

Ex interpretatione *Ambroſii Leonis*, Nola-
ni, primum editi Venet. ap. Laurent. Vitalem

1519. 4. — tum Paris. ap. Sim. Colinaeum,
 1522. 4. — Basil. 1528. 8. — atque cum alienis libellis. Basil. ap. Andr. Cratandr. 1529.
 8. (v. Panzer. A. T. VI. pag. 264. nr. 700. et
 pag. 271. nr. 739. dein ex eadem *Leonis* versione a *Jacobo Goupylo* recognita, Paris. ap. Io. Rovignum 1543. 8. et deinceps aliquoties;
 denique cum aliorum scriptis Traiecti ad Rhem. 1670. 8. — — *Ad pag. 521. lin. 4.* add. interprete *Io. Ruellio*, Sueßionense, Paris. 1546. 8. etc.

ad pag. 521. lin. 4.

Scholia in hoc opusculum in *Io. Stephani Bernardi* reliquiis medico-crit. edit. a *Christi. Godofr. Grunero*, Jenae 1795 et 1796. 4., vbi fragmenta plurium graecorum medicorum illustrata sunt. — *In iect. 3. lin. 1.* corrige vol. XII.

Ad §. 140. MANVEL PHILES.

Ad pag. 524. sect. 4.

In noua edit. vol. VIII. pag. 617'sqq. copiosius omnia exposui, ac pag. 624. iam laudavi *Matthaei* notitiam nonnullorum codd. et carminum Philae, et Cami varias carminis de nat. animalium lectiones. — In eodem volumine pag. 141. scripit Fabr. in volumine quodam praeter alia esse *Calliclis* iamibos in S. Gregorium ex faxo candido sculptum; sed illos Philen habere auctorem, docent codd. missi,

missi, in quibus inter Philae carmina leguntur. vid. *Bandini catal. codd. gr. Medic. Laurent.* tom. II. p. 150. nr. XX. et pag. 172. ad nr. CCXXXIII.

Ad §. 141. GEORGIVS PACHYMERES.

Ad pag. 526. sect. 3. lin. 1.

Sec. m. edit. vol. VII. p. 775. sqq., vbi quoque late differitur de *specimine sapientiae Indorum*, siue dialogo inter Absalonem, Indorum regem, et gymnosophistam quemdam, ex Arabico in graecum sermonem circ. a. C. 1100 translato et a Simeone edito, quem *Posfinus* latine versum e graeco, subiecit Pachymerae priori volumini; dein *Sebast. Godfrid. Starckius* graece cum noua sua versione lat. prelo exire iussit, Berol. 1697. 8. etc.

Ad pag. 526. §. 142. de Nicolao Myrefo, lin. antep. add. Malleri bibl. medic. pract. I. p. 324. sq.

Ad §. 144. THOMAS MAGISTER.

Ad pag. 527. sect. 3. lin. 1.

Add. vna cum *Phrynicho*, pag. autem 528. lin. 1. scr. cum *Phrynchi collectione*.

Ad pag. 529. sect. 4. lin. 1.

sec. meam edit. vol. VI. pag. 181. sqq.

Ad pag. 530. §. 145. de Nicephoro Xanthopulo, sect. 3. Plura adnotauit ad Fabr. B. Gr.

Gr. VII. p. 437. sqq. add. cl. Morelli bibl. MS.
gr. et lat. tom. I. pag. 71.

Ad. §. 147. MAXIMVS PLANVDES.

Ad pag. 350. lin. penult.

Add. Dorville l. c. pag. 446. 448. sqq.

Ad pag. 631. c) lin. 4.

Sec. Fabric. p. 555. Paris. 1557. — De
Maximi Planudae Grammatica Mſia aliisque
opusc. grammaticis v. *Fabr. B. Gr. vol. VI. p.*
548. sq. ibique not. q. Add. *Iriart. codd. gr.*
reg. Matrit. p. 371. sq. 387. sq. 391. nr. 89.
et p. 260. fol. 114. sqq. de aliquot Planudae
epiftolis.

Ad pag. 532. lin. 6.

Conf. cel. Morelli Bibl. MS. gr. et lat.
tom. I. pag. 184. sq. et 204. Is autem contra
cl. Villoifon, monet, duos illos codd. esse di-
uersos.

Ad §. 149. GEORGIVS LECAPENVS.

Ad pag. 533.

Ex *Georgii Lecapeni Grammatica cl. Matthaei in Lectt. Mosquens. tom. I. pag. 55—79.*
vberiora dedit excerpta. v. *Fabric. B. Gr. vol.*
VI. pag. 297. sq. et p. 343.

Ad

Ad §. 150. NICEPHORVS GREGORAS.

Ad pag. 535. lin. 4.

Sec. m. edit. vol. VII. p. 652. sqq. et 652.
sqq., vbi scripta Niceph. Gregorae recensentur.
— Add. cl. Morelli Bibl. Ms. gr. et lat. I.
p. 216.

Ad pag. 536. lin. 2.

In cod. Augustano Vindel. (v. Reiseri indic.
Msstor. bibl. August. pag. 64.) sunt *Niceph.
Gregorae* duae orationes, et eiusdem *Techno-
logia grammatica*, atque ex illo cod. cl. *Godofr.
Hermann*, parti I. de emendanda ratione grae-
cae grammaticae, (Lips. 1801. 8.) adiecit *frag-
mentum lexici graeci*; in praef. antem pag. XV:
primum monet, se eum indicem fecisse eo per-
motum, quod Brunck. in lexico Sophocleo v.
 $\lambda\alpha\gamma\delta$ et $\alpha\omega\gamma\delta$ eadem, quae grammaticus ha-
bet, ex lexico regio MS. adulisset; tum, ne-
cio tamen, ait, an verius hic libellus sit *Ni-
cephori Gregorae technologia grammatica*,
quem indicem habet Reiserus. etc.

Ad pag. 539. §. 152. de Ioanne Cantacu-
zeno, sect. 5. lin. 2. add. in noua edit. vol. VII.
pag. 787. sqq.

Ad §. 153. CONSTANTINVS HAR-
MENOPVLVS.

Ad pag. 540. sect. 3. lin. 3 et 4.

De Promptuario iuris ciuilis v. Bayle
Repon-

Reponse aux Questions d'un Prouincial, tom. I.
cap. 53.

Ad pag. 541. sect. 4. lin. 6.

scr. Πρόχειρον — — *Epitome iuris ciuilis quae legum prochiron. et hexabiblos inscribitur etc.*
— Idem *promptuarium iuris* est, quod cum interpretat. Io. Merceri prodit a. 1587. Sed adnotandum est, in nonnullis exemplaribus, omisso medio X. male excusum esse MDLXXVII. (1577.) Gothofredi enim praefatio scripta est a. 1587.

Ad pag. 542. lin. 3.

Lege Marq. Freheri. — *Lin. 18. leg. Tomus contra Gregorium Palamam.*

Ad pag. 544. §. 155. de Emmnan. Moschicpulo, lin. antep. add. in noua' edit. vol. VI. cap. 59. §. IV. pag. 322. sqq.

*Ad. §. 156. EMMANUEL CHRY-
SOLORAS.*

Ad pag. 545. sect. 3.

'Ερωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ. — — *Erotemata Chrysolorae:* de anomaliis verbis: de formatione temporum ex libro *Chalcondylae:* quartus *Gazae* de constructione: de Encliticis: Sententiae monostichi ex variis poetis. In calce: Venetiis in aedibus Aldi. M. D. XII. (1512) 8. Aldus in epistola nuncupatoria; ea, inquit, (n. Man. Chrysol. rudimenta grammatices

inatices gr. linguae), nos hortatu Mārci Musuri Cretenis, V. D., qui nunc publice profitetur Venetiis frequenti semper ac graui auditorio litteras graecas, imprimenda curauimus. Tum alia quaedam addidimus, non inutilia iis, qui graece discere concupiscunt. — — De scriptis Emman. Chrysol. atque edd. plura scripsi ad Fabricii B. Gr. vol. VI. cap. 39. pag. 325 sqq.

Ad pag. 547. lin. 6. §. 159.

de Io. Canano, add. in noua Fabr. edit,
vol. VII. p. 773. sq.

Ad §. 160. THEODORVS GAZA.

Ad pag. 547. lin. 4.

Vid. *Fabr. B. Gr* völ. VI. p. 297. et *Dorvillii* criticam vannum in inanes Io. Corn. Pauonis paleas, Amstel. 1737. 8. p. 410. sq. — Add. ed. ad §. 156. indicatam, et edist. a Fabricio, (loco cit ac vol. IX. p. 194. vet. edit.) omisssas: *Theodori Grammaticae introductiuae liber quartus.* Vennundantur Parisiis ab Egidio Gourmont e regione collegii Cameracensis: in calce: ἐπυπόθη Παρισίοις Γαρα τουρμοντίω, ἔτει ἀπὸ τῆς Σεογοτιας χιλιοεώ πεντακοσιοεώ ἑκτω καὶ δεκάτω σκυροφοριῶν ἐννάτη ἀπιοντος. (1516.) 4. — et *Theodori Gazae introductionis grammaticae libri IV.* graece, simūl cum interpretatione lat. iam de- nuo de integro recogniti atque aucti, cum argumentis et indicibus librorum singulorum, ac aliis luculentis castigationibus, quae in aliis

aliis exemplaribus desiderabantur. Basil. ap. Nic. Brylingerum. a. 1538. 8. Nulla praefixa est praefatio. — Θεοδώρου Γραμματικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς τέσσαρα εἰς τὸ τέταρτον ὑπόμνημα ἐκ πολλῶν συνεργάσθεν ὑπὸ Νεοφύτου Πελοποννήσου. — Bucarefti ἀψίη. — ἔρμηνια εἰς τὸ τέταρτον τῆς τοῦ Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ Γραμματικῆς — Φιλοποιηθεῖσα παρὰ Δανιὴλ, μοναχοῦ Πατρίου, τοῦ καρμέως — ἀψίη. Venet. 1780. 8. v. cl. Villoison in Magasin encyclop. par Millin. VIII. an. tom. I. nr. 2. (1802.), vbi in notis adiectis pag. 221. alios libros quoque grammaticos, a Graecis recentibus compositos, laudat: et cl. Beckii comment. societ. philol. Lipsiens. vol. III. part. I. p. 146. sq. — *Desider.* Erasmus lat. interpretatus est librum I et II. (v. Fabr. IX. p. 194.) In egregia edit. Erasmi Opp. omnium, in X. tomis distincta, curante Io. Clerico, Lugd. Bat. 1703—1706. (quam fuse recensuit Io. Fabricius in Historia bibl. Fabriciana, vol. I. p. 359. sqq.) est in tom. I. nr. 2. p. 117. sqq. *Theodori Gazae* grammatica L. Gr. institutio, ab Erasmo latine redditā, titulis distincta et annotatiunculis illustrata.

[*De commentariis Neophyti in Gazae lib. quartum* vid. *Reiz de prosodiae graec. accentus inclinatione* p. XVIII. ibique Wolfii not.]

Ibid. ad lin. 13.

Recusa est illa *Gazae* versio, Cremonae, fine anni et typographi nota, attamen ante a. 1492. in 4. — item cum *Chirii Conulti Fortunatiani* rhetoriconum libris III. etc. sine vlla nota, (Mediolani) saec. XV. in 4. v. *Saxii* hitor.

stor. litt. typogr. Mediol. p. DCX. Introd.
m. in hist. L. Gr. I. 1. p. 591. sq. ac Suppl.
ad illam, tom. L pag. 284.

Ad pag. 548. §. 161 lin. 4.

sec. m. edit. vol. VII. p. 804.

Ad §. 162. GEORGIVS TRAPEZVN-
TIS. Ad pag. 548.

Georgii Trapezuntii dialectica breuis.
Basil. ap. Valent. Curionem. 1522. 8. — Eius-
dem Rheticorum libri, ibid. 1522. 8. v.
Panzeri A. T. vol. VI. pag. 235.

De *Bessarione* vid. quoque cel. *Villoisonii*
anecdota gr. tom. II. p. 246. et cel. *Morelli*
Bibl. Mst. gr. et lat. tom. I. p. 212. sq., vbi
gr. ac lat. euulgata est *Bessarionis* epist. ad Nic.
Segundinum Euboeum, *Gemisti* laudes eximi-
as continens.

Ad §. 163. GEORGIVS GEMISTVS.

Ad pag. 550. lin. 5.

Conf. quae adnotauit ad *Fabricii B. Gr. vol.*
VIII. p. 79. sqq. not. dd. —

Ad pag. 551. sect. 3.

Conf. *Morelli Bibl. mst. gr. et lat. I.*
pag. 212. 244. sqq. 246. 269 — 271., vbi alia
Gemisti opuscula, vt plurimum excerpta ex
graecis auctoribus antiquis, recensentur; pag.
273. sq. de *Gemisti* capitibus quibusdam mul-
tis, eiusdemque compendio Zoroastreorum et
Platonicorum dogmatum. — *Kollarii* sup-
pl. ad *Lambec. comment. de bibl. caesar.*

Vindob. tom. I. vol. 556. sqq. de *Gemisti* excerpto ex libris geographicis de figura terrae et orbis habitabilis; atque excerpto ex operibus historicis Procopii Caesareensis.

Ad §. 164. MICHAEL APOSTOLIVS.

Ad pag. 551. sect. I. lin. 3.

Conf. *Fabr. B. Gr.* vol. I. p. 744. de *Arsenii* apophthegmatibus philosophorum etc., vbi ea, quae *Fabric.* olim in vol. VIII. p. 838. scripsierat, commodius inserui et auxi: atque de *Arsenii Invia* s. *violetto* etc. copiose differuit cl. *Matthaei* in *Notitia* codd. msst. biblioth. Mosquens. p. 14. sq. et magnam epistolae *Arsenii* partem publicauit. Idem ex illo *Violetto Plutarchi* locos edidit ad calcem editionis libellorum de vitioso pudore et de fortuna, a: 1777 ip 8. — Add. *Ant. Mar. Bisconii* bibl. Mediceo - Laurent. catalog. tom. II. p. 59. sq: de cod. XXVI. s. *Arseni* violaria compositione et *Dan. Wyttensbach.* praef. ad ed. *Plutarchi Moral.* tom. I. part. I. ed. Lipiens. pag. LI. sq:

Ad pag. 552. lin. 6.

Corr. a. 1653, de qua rara ed. v. *Freytag.* apparat. litterar. tom. II. pag. 1330. et VV. DD. quos ille laudat, et quae *Fabr. B. Gr.* vol. III. p. 285. edit. vet. secundum autem m. edit. vol. V cap. XI. p. 110. §. IX. de *Michael Apostolio* et §. X. de *Gregorio Cyprio*, et ego scripsimus,

Ad

Ad pag. 552. not. lln. 2.

Ser. p. 579. sqq. ed. vet. aut in noua edit.
vol. VIII. pag. 57. sqq.

Ad §. 165. MATTHAEVS CAMARIOTÆ.

Ad pag. 553. sect. 3. lin. vlt.

Sec. m. edit. vol. VI. pag. 118. sqq. §. XIX,
vbi etiam codices, in quibus *Camariotæ* com-
pendium rhetorices aliaque scripta reperiuntur
enumerantur. — In *Martini Crufii Turco-*
Graecia, (in *Fabricii B. Gr.* vol. VIII. pag. 90.)
memoratur codex, continens *Matth. Camario-*
tæ commentar. in *Synechi* epistolæ, et com-
mentariolum in *Camariotam*, quomodo C^Polin
venerit ibique substiterit post amissam vr̄bem. —
In editione Hermogenis Veneta, supra in I.
tomo Suppl., p. 348. copiosius descripta,
sunt p. 34. sqq. prolegomena in omnem rhe-
toricam, ex antiquioribus artis rhetoricae
scriptoribus congesta, et p. 55. sqq. primum
inquiritur, quid sit ῥητορική, ab initio quoque
dicitur: ῥητορικὴ τοίνυν ἔστι, δύναμις τεχνικὴ πι-
θανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ etc. et p. 38.
ea, quae pluribus exposita sunt, sumta esse,
scripsit auctor, ex anonymo quodam artis
rhet. scriptore περὶ ἀρχῆς καὶ προέδου ῥητορικῆς.
An illa sunt ex *Camariotæ* synopsi Hermogenis
adhuc inedita, cuius initium conspirare vide-
tur cum eo, quod *Fabric.* vol. VI. p. 119.
adulit? *Camariotæ* tamen nomen neque in

E 2 pro-

prolegomenis neque in fine p. 531. inter eos, qui in Hermogenis rhetoricae commentarii sunt, reperi memoratum: quamquam in fine citatur liber inscriptus: Συναγωγὴ ἀναγκαιοτάτων ἐξηγη-σεων εἰς τὸν τοῦ Ἐρμογένους Ῥήτορικήν,

Ad §. 167. MICHAEL GLYCAS.

Ad pag. 556. lin. 12.

Multo probabiliorem esse Walchii sententiam, quam Oudini Allatii Lamiique opinionem, vel ex cod. Veneto D. Marc. 402. an. mundi 6798. f. aer. vulg. 1290. in fine significato, qui adeo saeculo XV, quo VV. DD. memorati eum vixisse contendunt, antiquior est, et continet Glycae Annales, docet cel. Morelli, de cod. illo fusius differens in bibl. Mst. gr. et lat. tom. I. pag. 266. sq. Nec sententiae illi officiunt epistolae tres *Glycae*, qui si earum auctor est, ad Constantimum Palaeologum scriptae: Namque non est, quod Palaeologus, a. 1453. imperium tenens, omnino sit intelligendus, quum is, ad quem istae sunt epp. Sebasti tantum modo gaudebat titulo; sed potius ad Constantimum alium Palaeologum Andronici senioris, a. 1282. imperium adepti, filium, Sebastocratorem, (epud Cangium in Familiis Byzantinis p. 234.) vel ad alium quemdam eiusdem nominis et familiae non satis notum spectare posse ipsae incerti auctoris epistolae videntur Morellio, viro eruditissimo. — Conf. A. L. Z. a. 1790. m. Nou. nr. 348.

ad

ANDRONICVS COMNENVS 69

Ad § 163. ANDRONICVS COMNENVS.

Ad pag. 559. lin. 2.

Secund. m. edit. vol. VII. pag. 730. sq. et de *Matthaeo* (in §. sq.) pag. 798. et de *Nicephoro* (in §. 170.) p. 608. ac vol. V. p. 266. — de *Codino* (in §. 172.) vol. VII. p. 795. sqq. — *Andronicus, ein historisches Gemälde aus den Zeiten der Kreuzzüge*, II. part. von D. I. G. Heyning. Berol. 1799. 8. — conf. eph. litt. Götting. a. 1799. nr. 110.

Ad §. 173. CONSTANTINVS LAS-CARIS.

Ad pag. 561. sect. I. lin. 3.

In noua edit. vol. VII. p. 795. sqq. Add: Κωνσαντίνου Λασκάρεως τοῦ Βυζαντίου περὶ συντάξεως τινῶν ἀγμάτων κατὰ γένη, Βιβλίον δεύτερον. Romae. 1608. 8.

De *Ioanne Duca* Fabr. vol. VIII. p. 33. sq. nouae edit. — et de *Laonico Chalcondyle*, in vol. VII. p. 793. sq.

GEORGIVS PHRANZES,

Ad pag. 563. lin. 20.

Leg. *redemtorem*. — Atqui lucem deum adspexit editio illa ab Altero promissa: Χρονικον Γεωργιου Φραντζη του πρωτοβεξιαριου εις τεσσαρα βιβλια διαιρεθεν. Νυν πρωτον ἐκδοθὲν ἐπιμελεια Φραγκισκου Καρολου Αλτερο etc. Vindob. Austr. 1796. fol. Plura leges in *Fabr.* B. Gr. vol. VIII. p. 74. sqq. m. edit. et ap. ipsum

Al-

Alterum über die Georgianische Litteratur. p. 203—212. vbi edit, secundam multo auctio-rem promisit: at morte nuper praeuentus fidem praestare non potuit. —

DOROTHEI CHRON.

Per hanc occasionem Chronici mentionem faciam a *Dorotheo*, metropolita Monembas. h. e. Monembasiae in Peloponneso hodie Mal-iafia, (circa a. 1629.) quondam collecti, et in linguam vulgarem translati, dein formulis delcripti typographi. Prodiit Venetiis 1637 et 1638. 4 ditteris sub titulis: *vnuſ tamen idemque eſt liber. v. Saxi Onom. liter. part. VII. p. 550 in indice. Nouissimae ed. inscriptio fere conuenit cum ea, quam praeſe fert prima, et haec eſt:*

Βιβλίον Ἰεροφάνη περιέχον ἐν συνόψει διαΦόρους καὶ ἔξοχους Ιεροπίας Ἀρχόμενου ἀπὸ κτίσεως ιδ-σμου, μέχρι τῆς ἀλώσεως Καινοτανουπόλεως, καὶ τὴν ἀκολούθων Σουλτάνων, Συλλεχθὲν μὲν ἐκ δια-Φόρων ἀκριβῶν Ἰεροπίων, καὶ ἐις τὴν κοινὴν γλώτταν μεταγλωττισθὲν παρὰ τοῦ ἱερωτάτου Μητρο-πολίτου Μονεμβασίας, κυρίου, Δωροθέου. Νῦν δὲ μετατυκτῶν, καὶ ἐπιμελῶς διορθωθέν αὐτοῖς' Ἐνετίσι. 1786. Παρὰ Νικολάῳ Γλυκεῖ, τῷ ἐξ Ιωαννίνων. 4. Epistola nuncupatoria gr. scri-pta eſt a Nicolao Glyce. In praef. autem Ἀπόστολος ὁ Τζηγαρᾶς (h. e. Cignaæ), ἐκ πόλεως Ιωαννίνων, historiam atque argumentum huius operis enarrat, idque valde commendat.

Praeterea *Grammaticae graecae variae*, a Nicolao Glykys, Venetiis ante an. 1798. tybis

typis expressas, ex eius catalogo citantur in Lips. *allgem. litterar. Anzeig.* a. 1799. nr. 67,

Ad pag. 563. sect. 5. lin. 6.

In noua ed. vol. VI p. 334. sq. et ad *pag.* 564. *lin.* 2 add in noua edit. vol. IV. p. 438. sq. In primis Confer. cel. *Jacobs* qui docte agit de principe illa editione in prolegomenis ad suas animaduersiones in epigrammata Anthol. graecae, vol. I. part. I. Lips. 1793. 8. pag. XC. fqq.

S V P P L E M E N T A

AB

TOMI POSTER. PART. SECUNDAM.

AD CAPVT II. SECT. I.

*DE INTERPRETIBVS GRAECIS, VE-
TERIS TESTAMENTI.*

Ad pag. 6. lin. 21.

Leg. circumferuntur.

Ad latinas versiones, (in Fabricii B. Gr. III. p. 661. memoratas,) pertinent edd. *Ari-
steas super translatione Septuaginta duorum
interpretum.* Neapoli per Arnald. de Bruxella
1474. 4. — *Olympiodori in Ecclesiasten scho-
lia, latine, Zenobio Acciaiolio interprete.*
*D. Gregorii Neocecaerienfis in eundem meta-
phrasis, Io. Oecolampadio interprete. Aristeae
de LXX, legis hebraicae interpretatione libel-
lus*

Ius, *Matthia Palmerio interprete.* Basil. ap. Io. Bebel. 1536. 8. v. Panzeri A. T. II. p. 155. et vol. VI. p. 313.

Ad pag. 7. med.

De LXX. interpret. origine et auctoritate, num Pentateuchi versio ex Samaritana recensione fluxerit, num ex codice, litteris graecis scripto facta sit interpretatio, docte disputat cl. *Ge. Laur. Bauer* in *Entwurf einer hist. kritischen Einleitung in die Schriften des A. T.* ed. II. Norib. et Altdorf. 1801. 8. pag. 136. sqq. et p. 161. *Eichhorn über die Quellen, aus denen die verschiedenen Erzählungen von der Entstehung der alexandrinischen Uebersetzung geflossen sind*, in *Repertor. part. I.* p. 266. Idem *Eichhorn V. C.* in *Einleitung in das A. Test* tom. I. ed III. Lips. 1803. 8. pag. 335. sqq. late docteque disputat de versione Alexandrina, de *Aristea*, versionis illius origine, tempore, quo facta sit, illius conditione auctoritate, fatis etc. et p. 381. sqq., qualem codicem sequuti sint interpretes. — cl. *D. Io. Otto Thieß* in *Handbuch der neuern, besonders deutschen u. protestant. Literatur der Theologie*, tom. I. Lign. et Lips. 1795. 8. p. 397. seqq. nubem excitat scriptorum varii generis ad historiam et criticam τῶν LXX. pertinentium.

Ad pag. 16. lin. 2.

Idem *Georg Geret*, quum adhuc in literarum Vniuersitate Wittemberg. litteras profite-

fiteretur, et ordinis philosophici esset adsestor, ventilauit *disp. qua cauſas discrepantium versionis septuaginta viralis a textu originali exposuit.* Witembergae. 1725. 4.

Ad pag. 24. sect. 8.

Editiones versionis Alex. late diligenterque recensuit cl. Ern. Frid. Car. Rosenmüller in *Handbuch für die Literatur der biblischen Kritick v. Exegeſe*, tom. II. Gottingae 1798. 8. p. 279. sqq. et p. 344. sqq. reſententur scripta, in quibus a variis VV. DD. de Aristea, de, ipsa Alexandr. versione p. 428. sqq. de origine fatisque illius ac ſubſidiis agitur.

Ad pag. 31. §. IV. lin. 27.

Ed. V. T. gr. ex *versione τῶν LXX.* una cum libris apocryphis, secund. exemplar Vatican Romae editum et aliquoties recognitum, quod nunc denuo ad optimas quasque edd. recensuit, et potiores quosdam codd. Alexandrini et aliorum lectt. varr. adiecit M. Christ. Reinecc. prodiit. Lips. 1750. rec. 1757. 8.

Ad pag. 34. lin. 12.

Et XI. Account, etc. 1799. — Tum Epistolam complexam Genesin ex cod. purpureo - argenteo Caefareo - Vindobon. exprefſam et T. V. graeci versionem septuaginta viralis cum V. L. denuo edendi ſpecimen dedit Rob. Holmes. S. T. P. e collegio nouo et nuperrime publicus in acad. oxoniensi poetices praelector. Oxon. 1795. fol. — Epifto-
lae

lae — nuper datae appendix, cum versionis LXX. denuo edendae specimine ad formam contractiore a Roberto Holmes. ibid. 1795. fol. Confer Ien. A. L. Z. a. 1796. nr. 172. m. Iunio. Gotting. ephem. litter. a. 1797. scid. 21. — Tandem initium operis diu exspectati prodiit: *Vetus testamentum*, gr. cum variis lection. edidit Robertus Holmes, S. T. P. R. SS. aedis Christi canonicus, tom. I. II. Oxon. 1798. max fol Basis est edit. romana. conf. ephem. litt. Gotting. 1799. pag. 633. seqq. Ien. A. L. Z. 1800. nr. 186. *Eichhorn Einleitung* etc. l.c. p. 381. *Gableri neuestes theolog. Journ.* a. 1800. tom. V. part. 2. p. 156. seqq. et tom. V. part. 4. pag 353. seqq. Versionis aethiopicae collatione desideratur. Bruce quidem adulterat exemplar bibliorum aethiopicorum; sed collationem naūcisci non potuit Holmes: ad eum tum A. Alter mislit exemplar Psalterii aethiopici, a Io. Ludulfo editi, Francof. 1701. 4 collat. cum nonnullis codd. gr. psalterii in bibl. Vindobon. caesar. vt ipse Alter in Lips. *allgem. litter. Anzeig.* 1799 nr. 31. p. 804. aliaque de Bruceo scripsit. Idem Alter in libro: *Ueber Georgianische Litteratur*, Vindob. 1798. 8. pag. 26. seqq. copiose recensuit Biblia Georgia V. et N. T. Moscuæ 1743. mai. fol. et multa loca comparauit cum LXX. interpr. aliisque codd. gr. et versionibus: pag. 214. seqq. de fragmentis Geneseos ex cod. gr. purpureo — argenteo Vindob; in Holmesii specimine, 1795. ante memorato; p. 245. seqq. de codice

re-

rescripto Ephremi Syri; p. 248. correctiones recensionis epistolae complexae Genesin.

Lectures on the Canon of the scriptures, comprehending a dissertation on the LXX version delivered in the Cathedral Church of Westminster by I. Blair. Londin 1785. mai. 4. Conf. *Doederlein* auserlesene theolog. Bibl. III. part. 12. p. 881.

Ad pag. 35. lin. 7. corr. utar.

Ad pag. 37. fin. conf Fabr. B. Gr. I. c. pag. 683.

Ad pag. 38. lin. 4. conf. Addenda ad Introd. II. 2. p. 355. Atque editiones singulorum facrorum librorum ex versione Alexandr., Peutateuchi, losuae, Esther, Iobi, Psalterii, Iermiae, Danielisque fusiū recenset cl. Rosenmüller in libro laudato, *Handbuch* etc. tom. II. p. 323—345.

Ad pag. 38. sub fin.

Conf. Fabric. I. c. 684. sq.

Observationes in textum et versiones maxime graecas Obadiae et Habacuci. Specimen, quod — examini subiecit Frider. Plum, phil. D. Cruciforae in Sielandia pastor. Hauniae 1796. mai. 8. conf. I. A. L. Z. a. 1798. m. iun. num. 196.

Ad pag. 40. med.

Eiusdem Schleusneri Observationum non-nullatum de patrum graecorum auctoritate et vsu in constituenda versionum graecarum V. T. lectione genuina, pars I. Wittebergae 1795. 8. (vid. Lips. ephem. liter. a. 1795. scid. 71.

p.

p. 568.) — pars. II. ibid. 1796. — pars III. 1797. — pars IV. 1798. — Eiusdem obss. criticae in versiones graecas Psalmorum, (maxime spectant ad reliquias Hexaplorum,) e patribus ecclesiasticis. commentat. II et III in *göttingischen Bibliothek der neuesten theologischen Litteratur*, herausgegeben von *Jo. Fr. Schleußner und Carl Fried. Stäudlin*, tom. I. part. I. p. 77 et 155. — Eiusdem sylloges emendationum conjecturalium in versiones graecas V. T. part. I—III. Witteberg. 1800 et 1801. 4. — Variae lectt. prouerbiorum Salomonis versionis τῶν ο. a *Paullo* *Io. Bruns* ex cod. quodam in Bodlei, bibliotheca, excerptae, in Annalibus litterar. Helmstad. a. 1785 vol. I. p. 193. 289. — vol. II p. 97. et an. 1789. vol. I. p. 385. — *Olympiodori ὥστεμα* in Salomonis Ecclesiasten, in cod. Mosquens. synod. XV. ex quo varias lectiones ad caput I. ecclesiastae Salomonis, collata ed. Oxon. Grabii in fol. excerptas dedit *Matthaei* in notitia codd. gr. Mosquens. p. 26. — *Varianten zu dem Prediger in den LXX. aus zwey Mſten und dem Olympiodor enthält die Beylage zu Leber. Spohn's Uebersetzung des Predigers Salomons, mit kritischen Anmerkungen begleitet.* Lips. 1785. 8. — Super loca Genes. XXII. 2. et Cantic. cantic. VII. 2. a. *Pfannkuche* in Eichhornii biblioth. litteraturae biblicae etc. vol. VII. part. 2. pag. 193. in quo opere paſſim reperiuntur doctae commentatt. ad crifin et interpretationem τῶν LXX. pertinentes. — Paruum Lexicon

con dictionum gr. in Psalmis occurrentium, ex cod. Taurin. CCII. editum est in catal. codd. gr. Taurin. pag. 190. sqq. — De aliis, Concordantiis et Lexicis etc. v. infra ad nr. 6. fin. s. ad pag. 63. Introduct. Multas alias commentationes librosque VV. DD. ad interpretes Alexandrin. spectantes, reperies excitatos ad Fabr. B. Gr. tum ab Eichhornio, Rosenmüller, Thieffrio, Bauerio etc. locis memoratis. — Cel. Morelli in biblioth. Mst. gr. et lat. tom. I. variis locis diligenter recenset codd. gr. Venet. Marc., in quibus modo plures, modo pauciores V. T. aut apocryphorum libri gr. continentur, in primis p. 1. sqq. cod. I. saec. IX. et p. 9. sqq. cod. VII. ex quo Villoison. atque Ammon. libros plures publici iuris fecerunt, et Morell. p. 13. sqq. egregium meliorum codicis lectio-num collegit spicilegium: pariter versatus est V. D. in describendis codd. XIII. complect. lectt. ex T. V. pro diuinis officiis, (p. 24. sqq.) cod. XV. h. e. octateucho cum catena (p. 29. sqq.) ut catenas etc. ommittam.

Ad §. 2. DE AQUILA, SYMMACHO, THEODOTIONE etc.

Ad pag. 42.

Praeterea consules G. L. Baueri *Einleitung in die Schriften des A. T.* ed. II. p. 163. sqq. vbi p. 165. not. a. sententiam Montfaucon. adfirmantis in prolegomi. Hexapl. cap. 5. §. 3. secundum Aquilae editionem ab Origene in Hexapla fuisse receptam, reiicit, contenditque cum aliis, fragmenta, quae ex Msstis

τῶν LXX et patribus ecclesiast. collecta super-
fint, ex vtraque editione sumta esse. Tum
p. 166. sqq. de *Synmacho*, *Theodotione*, *edi-
tione quinta*, *sexta*, et *septima* differit. —
Copiosius tamen et curatius de Aquila, et re-
liquis modo nominatis disputat iudicataue
Eichhorn in laudata *Introductione*, (Einlei-
tung etc.) pag. 384. sq. — Valde laudantur
Christoph. Frid. Loesneri obseruatt. in *Reliquias
versionis Prouerbior. Salomonis graecas Aqui-
lae, Symmachi, et Theodotionis* Lips. 1761.
4. — iterum, sed auctius: *Ad voces quas-
dam versionum graecarum veterum interpre-
tum Prouerbiorum Salomonis Obseruatt. quon-
dam editae, nunc iterum recognitae et nouis
accessionibus auctae a Christoph. Frid. Loesnero,
in Commentatt. theolog. a Velthusenio. Kuinoe-
lio et Ruperti editis, tom. III. p. 270 — 317.*
— Variae lectt. ad LXX. *Lectiones Aquilae,
Symmachi, Theodotionis et editionis quintae,
sextae ad Cantic. Canticor. ex cod. cel. Mat-
thaei. Collatio instituta est cum ed. Grabii mai.
in Eichhorn. *Repertorio für bibl v. morgenl.
Literatur*, part. XVI. p. 249 — 257 [*Symma-
chum* pure scripsisse, iudicavit etiam Valcken.
ad Theocrit. Decem Eid. p. 33]*

Ad pag. 44 sect. 4 ORIGENES.

Cui volupe erit, is adeat *Fabr. B. Gr.
I. c.* pag. 708. sqq. de *Origenis Hexaplis* etc.
Baueri Einleitung in die Schriften des A. T.
pag. 151. sqq. *Rosenmüller's Handbuch* etc.,
II. p. 459. sqq. in primis *Eichhornii Einlei-
tung*

tung in das A. T. tom. I. p. 355 — 372.. vbi
aliorum quoque VV. DD. libri, huc pertinen-
tes, laudantur: et p. 572. sqq. agitur de *Lucia-*
nī, Hesychii et Basiliī recensionibus. — —
De iis, qm̄ primi fragmenta interpretum vett.
graecor. collegerunt, v. *Gableri Journal für*
theolog. Litteratur, tom. VI. part. 3. siue Jahr-
gang 1803. part. 9. etiam cum inscriptione:
Neuestes Journal tom. XII. part. 3. Noriber-
gæ 1803. 8. p. 281. sqq.

Ad pag. 45. lin. 19.

Leg. huius. — Inscriptionem libri Rosen-
müller ita significauit: „Interpretum veterum
Graecorum, Aquilae, Symmachi, Theodotio-
nis etc., quae extant fragmenta in Psalmos Da-
vidis Hebraice, Græce et Latine ex edit. Jo.
Drieschii. Antwerp. ex offic. Plantini 1581. 4.“

Ad pag. 46. lin. 17.

Volumen II. Bahrdtianae edit. prodiit a.
1770. — Ad edit. Montfauc. Hexaplorum
Origenis animaduerfiones criticas atque sup-
plementa conscripsit Io. Christ. Doederlein in
Eichhornii Repertorio etc. part. I. pag. 217 —
256 et part. VI. p. 195 — 207.

Ad pag. 47. lin. 17.

Scharfenbergii animaduerfionum specimen,
II. prodiit Lipsiae. 1781. 8. Alia VV. DD.
scripta, quae ad Origenis Hexapla interpretanda
aut emendanda spectant, excitat Rosenmüller
I. c. pag. 466. sqq. et p. 568. adnotat, initium
nouae et valde locupletatae editionis clausis
Fischerianae reperiri in Commentatt. theo-
log,

log. ab Velthusenio, Kuinoelio et Ruperti editis, tom. IV. pag. 195 — 263.

Ad pag. 48. lin. 24.

In edit. Hoeschel. graecum contextum excipit latina Sigismundi Gelenii interpretatio; et hanc a p. 467. Dau. Hoeschelii notae, et a p. 497. Is. Casaub. notae ad Gregor. Thaumaturgi. orat. panegyr. atque a pag. 507. in eamdem hotae Hoeschelii et Laur. Rhodomani.

Ad pag. 48. lin. vlt.

Petri Tamburini, Prof. emeriti, Ragionamenti sul 1 libro di Origine contro Cefso. Paviae. Galeazzi. 1786. 8.

Ad pag. 49. lin. 9.

A pag. 681. sequuntur *Io. Tarini* notae. — Illa *Tarini* editio recusa est, nisi inscriptionis folium tantum fuerit immutatum, (namque edit. cum a. 1624. nota tantum habeo,) Lutetiae Paris. ap. Sebastian. Cramoisy. 1624. 4. Epistola tamen *Tarini* nuncupatoria praemissa data est Lutet. Paris. VIII. Eid. VIIbr. a. c. 1624. Conf. etiam ad Fabr. B. Gr. vol. IX. cap. XIV. de *Basilio M.* pag. 62 nr. XXI. — Est autem illa *Philocalia* in gratiam Theodori, Tyanensis episcopi, digesta, ut patet ex cod. gr. illius *Philocaliae* in bibl. elector. Bauar. Monach. v. Lipf. *allg. litter. Anz.* a. 1800. nr. 53. pag. 526. sq.

Ad

Ad pag. 49. lin. 11.

Ed. Oxon. etiani cum nota a. 1686. est signata a *Brüggmanno* in *View etc.* p. 380. vbi a pag. 379. plures opusculorum Origen. edit. versiones anglicae et Britannorum VV. DD. scripta, quiae ad *Origenem* spectant, recensentur. — Ad edit. dialogi contra Marcionitas Wetstenianam v. quoque de fragm. quodam cel. *Keil not. oo.* ad *Fabr. B. Gr.* vol. VII, p. 175. nr. 27. de *Maximo*.

Ad pag. 51. lin. 24.

Ab Erasmo tamen antea editum fuit: Fragmentum commentariorum *Origenis* in Evangelium secundum Matthaeuni. *Erasmo Roterdamo* interprete. Opus antehac non excusum. Epistola nuncupatoria ad Nic. Diesbach data est Basileae prid. Non. Iul. M. D. XXVII. (1527.) 8. v. cel. *Panzer A. T.* vol. VI. pag. 260. nr. 665. — In lin. vlt. scr. tom. XV.

Ad pag. 54. lin. 3.

contendunt, Matthaeum fuisse fontem Lucae, et ex utroque hausisse Marcum. Econtrario Storr, in libro: *Ueber den Zweck der euangel. Geschichte und der Briefe Iohannes*, Tübingae 1786. §. 58. 62. etc. evincere studuit, Marcum fuisse ducem Matthei et Lucae, suamque sententiam vindicare studuit in disput. de fonte euangeliorum Matthei et Lucae, Tübingae 1794. 4. rec. in Commentarij theol. vol. III. Lipsiae 1796. p. 140 sqq. Büsching vero in: *Harmonie der Evangelisten*, Hamburg. 1766. p. 99. 108. 118. sqq. Lucam, arbitratuſ est, fuisse fontem reliquorum, ita ut Matthaens ex eo, ex Luca autem et Matthaeo hauriret Marcus. Posthaec Griesbachii hypothēſin copiosius examinat infirmatque Vogel, et denique suam sententiam, Marcum sequutum esse Lucae narrationem, et Matthaeum adhibuisse commentarios Marci atque Lucae, proponit ornatque et singulorum rationem narrandi persequitur. Primum igitur contendit, Lucam suam composuisse narrationem ex traditionibus, ore perungatis, et probabiliter etiam ex historiis, in lingua partim aramaea, partim hebraeo - graeca, ad Theophilum, in Italia verisimiliter conumorantem, iam scriptis. Postea, Marcus Romae confecisse commentarios suos, et collegisse ea tantum, quae ex Petro accepisset, videtur Vogelio. Hinc posse, arbitratur, intelligi, cur in quibusdam diffentiat a Luca, in quibusdam vero conspiret cum eo; Lucae tamen euangelium in manibus quoque habuisse videtur ei, et libere excerpta.

fuisse." Lucae autem et Marci euangelia Hierosolymam ad apostolos missa, et a Matthaeo, in scribendo tamen haud exercitato, ibidemque versato, adhibitum, sed auctum ab eo et interdum secundum temporis ordinem aliter ordinatum fuisse docere studet. V. D., idemque pag. 54. in nota retractat pristinam suam opinionem, in libello, de conjecturae vnu in crisi N. T. Altdorf. 1795. p. 16. sq. propositam, Matthaeum prius, quam reliquos duo, euangelium suum litteris mandasse; quaedam tamen, a reliquis narrata, omisisse illum; quaedam addidisse putat. Quomodo autem Matthaeus Lucam, in primis Marcum sit sequitus, docebat Vogel. et confirmat eorum iudicium, Matthaeum in conscribendo suo euangelio vsum esse lingua hebraeo - graeca Denique concludit, graecum Matthei euangelium fuisse in linguam aramaeam translatum, ab aliis deinceps mutatum atque interpolatum, ex pluribus denique exemplaribus fuisse vnum concinnatum. — Sed haec ad diversa, nec omnino indubitate, variorum iudicia cognoscenda sufficiant.

Ad §. 4. MATTHAEVS.

Ad pag. 125. lin. 6.

De Matthaeo et reliquis euangelistis atque apostolis varia eaque multa collegit *Fabri*. in opere: salutaris lux euangelii Hamburgi 1731. 4. capp. IV. p. 54. sqq. et V. p. 62. sqq. — Rich. Simonis et Michaelis senten-

tentia de hebraico Matthaei euangelio sub examen vocata est ab *Andr. Gottlieb Masch* in: *Abhandlung von der Grundsprache des Euangelii Matthaei*. Halae Magdeb. 1755. 8. — *Marc. Anton. de Dominis*, archiepisc. Spalatensis, in parte II. Operis de republica ecclesiastica, Londini 1620. — emendat. rec. Hanou. ad Moen. 1622. fol. libr. VII. p. 20. censet, a Matthaeo euangelium in hebreica lingua esse confectum, postea ab alio in graecam linguam translatum, at a Matthaeo recognitum et comprobatum. *) — Pro lingua Hierosolymit.-syriaca, qua primum vpus sit Matthaeus in conscribendo suo euangelio, dicimare *Walton*, iam paullo ante adnotauimus.

Ausführliche Untersuchung der Gründe für die Aechtheit und Glaubwürdigkeit der schriftlichen Urkunden des Christenthums. Zweiter Band: der zweiten Abtheilung erster Abschnitt, über den Ursprung und Zweck der vier Evangelien und der Apostel-Geschichte, nach den eigenen Angaben ihrer Verfasser mit Zuziehung anderweitiger Nachrichten und Überlieferungen, von D. Io. Fr. Kleuker. Mo-

K 2

na-

*) Operis, quod decem libris constat, primum vol. prodit. Londini 1617. — alterum ibid. 1620. tum. id recusum est; I. vol Heidelbergae 1618. — II. vol Francof. ad M. 1620. — III. vol. Hanou. 1622. Longum recensum operis leges in *Baumgarten. Nachrichten von einer Hallischen Bibl.* tom. VIII. p. 209 — 269.

nasterii 1797. s. V. D. cum Semlero existimat. euangelium Matthaei praecipue scriptum fuisse Iudeis graecis in Aegypto, et refutare studet eorum iudicium, primum scriptum fuisse Christianis, in Palaestina habitantibus, sermone hebraico aut syrochaldaico: negat contra Lessingium, hebraicum Nazarenorum euangelium fuisse fontem, ex quo Matthaeus et reliqui euangelistae in conscribendis suis euangeliis hauserint. Sed copiose eum refutare conatus est censor in ephem. litt. Tubinensis. scid. 61. a. 1791. primum exemplum, demonstraturus, exaratum fuisse sermonem hebraico. (Tomi I censura ibidem reperitur in scida 92. a. 1795.) Multa quoque contra Kleukerum disputat eius censor in noua vniu. bibl. german. tom. 50. part. 2. fasc. 7. a. 1797. p. 464. Iqq. illius tamen de euangelio et confilio Ioannis iudicium atque animadueriones valde laudat. — Add. quae ex Schmidti et Vogelii commentatt. vberius excerpta sunt. Cel. Christph. Frid. Ammon quoque in progr. Illustratur locus difficultis Matth. 25. 25. (in Nouis opusc. theolog. Gotting. 1803. 8. nr. VI) contendit, graecum, quem nunc habemus, Matthaei contextum, ab ignoto quodam Hellenista ex hebreo Matthaeo esse collectum, additamentis locupletatum, et in nonnullis locis mutatum. Hinc putat, scribam graecum in loco citato verba Iesu mutasse, et ad Zachariam, Baruchi filium, (de quo Ios. de B. I. IV. 6. agit,) retulisse. Sed censor in Ie. A. L. Z. a. 1804. nr. 131. Iun. p. 422.

du-

dubitat, num ab Hellenista isto ea, quae a Matthaeo scripta sunt, pro lubitu mutata sint, ratns potius, ab illo homine verba Iesu ita fuisse redditia, vti vel per rumorem accepit ea, vel in alio quodam euangelio repererit.

Ad pag. 128. lin. 15.

Ueber die Stammtafeln unsers Herrn, in Beyträgen zur Beförder. des vernünft Denkens, fasc. VII et in fasc. XII über die Menschwerdung unsers Herrn, nach Matth. I. 1 — 12. — D. I. Guil. Rau symbolae ad quaestione de authentia I — II. capp. euangelii Matth. discutiendam. Erlängae 1793. 4. — Ueber das Geschlechtsregister beym Matthaeus. Ein Beytrag zur Kritik des N. T. von W. Matthaei. Hannou. 1794. 8. — Griesbach. commentarii critici in graecum Matthaei textum, specim. I — VI. Ienae 1794 — 1798. 4. et eiusdem progr. siue 'Επιστροφη ad commentar. critic. in graecum Matthaei textum. Ienae 1801. mai. 4., in quo demonstrat V. D. αὐτεπιστροφη duorum priorum capp. Matthaei, conf. Gabler Jurnal für theolog. Literat. tom. II. part. I. Noriberg. 1801. p. 81 sqq. Landatus Ammon in Novis opusc. theol. citatis nr. 2. scripsit Inquisitionem-in narrationem de vitae I. C. primordiis, fontes, incrementa et nexus cum religione christiana.

Ad pag. 132. lin. 6.

Insere Stuttgart. — J. Barret Nachrichten

richt von einem griechischen Mſt. des Euangelium Matthaei auf der Biblioth. des Trinity Collegii zu Dublin, ex Transact. of the roy. irish Academy. 1787. v. Eichhornii allgem. Bibl. etc. tom. II. part. 4. et D. Henr. Eberh. G. Paulus in nouo Repert. I. p. 192—196. — In eiusdem Pauli Memorabil. part. VIII. p. 179. sqq. Lips. 1796. 8. sunt variae philolog. criticae obſſ. ex epistolis Prof. Alteri: Huc pertinent de rodd. Dublin. et Britannico diuersis, atque variae lectt. ex versione Armenica capp. 1—14. Matthaei. — Gr. Mayer specimen animaduertionum in graecum Matthaei textum — Noriberg. 1786. 8. — Gust. Sommeli diff. S. Matth. Euangelium, capp. XXVI. XXIX. etc. afflictos hebraismos tollens. Lund. 1787. 4. — Ueber die Aechtheit der so genannten Taufformel, Euang. Matth. XXVIII. 19. ein Versuch von I. H. Beckhaus. Offenbach. 1794. m. 8. Aliorum libror. commemorationi supersedere possumus; et conf. Hofenmüller i Handbuch etc. II. sect. III. part. II. p. 223. sq. de collection. VV. LL. et critic. scriptor. in singulos N. T. libros.

Ad §. 5. MARCVS.

Ad pag. 134. sub fin.

Koppii progr. recusum est in Pott ac Ruperti Sylloge commentatt. theolog. tom. I. nr. 2 — *Der Bericht des Markus von Iesu dem Meffia, reberichtet und mit Anmerkung. begleitet*

tet von *Io. Andr. Bolten*, Altonae 1795. 8.
In *introductione de Marco eiusque euangelio suam*
dixit sententiam. *Conf. Erford. eph. litter. a.*
1795. part. 51. pag. 409. sqq. — *Griesbach*,
progr. s. commentarii critici in graecum Mar-
ci textum, partic. I. et II. Ien. 1804. 4.

Ad §. 6. LUCAS.

Ad pag. 137. lin. vlt.

In *Bibl. histor. philolog. Bremensi class.*
IV, Fasc. III. et VI. de *Theophilo*, cui *Lucas*
historiam sacrām inscripsit, sunt tres differ-
tatt. 1) *Heumann* in *Fasc. III. p. 483. sqq.*
(vbi p. 504. *Lucae euangelium esse*, putat,
apologiam doctrinae christinae,) *ibid* 2) p.
506. sqq. *Theodori Hafaei*, et 3) in *fascic. VI.*
Jacobi Hafaei, qui p. 1056. sqq. contendit,
Lucam Alexandriae scripsisse euangelium in
gratiam tum Theophilii, tum aliorum Aegyptio-
*rum et prouocat ad consensum *Io. Ern. Gra-**
bii in *spicilegio patrum saec. I. p. 33 et 34.*

Fragmenta *Lucae antehieronymianaæ*
versionis, ex cod. argenteo Vindobon. aucto-
re Prof. *Altero*, in *Pauli Memorabilib. part.*
VII. Lipsiae 1795. nr. V. p. 58 — 96.

Lukas Euangelium umschrieben und mit
Anmerkungen begleitet. Lips. 1792. 8. mai.

Io. Andr. Bolten in: *Der Bericht*
des Lucas von Iesu dem Messia, uebersetzt und
mit Anmerkungen begleitet, Alton. 1796. 8.
in prooemio putat, at hypothesis parum vero-
simili-

simili adsumta, fontes, ex quibus hauserit Lucas, fuisse 1) contextum Matthaei aramaeum; 2) versionem euangelii Matthaei graecam; Marci euangelium; 4) euangelium Hebraeorum in variis formis et cum additamentis diuersorum illius possessorum variis; 5) traditiones ac rumores.

Das achte Euangelium des Lucas, eine Vernuthung von I. E. Christian Schmidt in Henke Magazin für Religionsphilosophie etc. tom. V. nr. 17. Opinatur, nostrum Lucae Euangelium habere additamenta, quae genuino, quod in Marcionis erat manibus, defuerint, etc. sed dubitat censor in noua bibl. germ. vniuers. tom. 29. part. 2. fasc. 6. p. 358. et quaestio, num Marcionis euangelium fuerit genuinum Lucae euangelium, ei altioris inuestigationis esse videtur. In eodem promtuarii tomo sunt nr. 5. Beyträge zur Aufklärung über die beyden ersten Kapitel des Matthaeus vnd Lukas; neque vero eidem censor l. c. p. 348. anonymi expositio certa esse videtur. — Ibid. nr. 16. auctore I. E. C. Schmidt, Eusebii canon, in quo is quatuor librorum classes distinxit, contra Weberi accusationem in Beyträgen zur Geschichte des neu testame. itl. Kanons, p. 142. sq. — I. C. Volborth de censu Quirini ad Luc. II. 1, 2; Gottingae 1785. 4. — Andr. Birch de eod. arguento. Hafniae. 1790. — Huc quoque pertinet Petri Weßelingii disputatio critica ad marmor vetus, in quo de P. Sulpicio Quirino, de censu Syriæ, de Itureis etc. agitur, resp. A. van der Mie-

Mieden, auctore. Traiecti ad Rh. 1745. 4.
Illustrantur quoque loca Actor. apost. V. 57.
et Lucae II. 2. conf. *Strodtmanni neues
gel. Europa*, part. IV. (Guelpherbyti 1754. 8.)
p. 902. sqq.

Bernhard Lud. Koenigsmann, Rector.
Gymnasi Flenopolitani, (Flensburg.) prolusio
de fontibus commentariorum sacrorum, qui
Lucae nomen praeferunt, deque eorum con-
silio et aetate. Altonae 1798. 4. Auctor par-
tim ex ipso scriptoris prooemio Euangel. I.
1—4. partim ex inconstantia orationis, nunc
ad hebraicam linguam nunc ad latinam pro-
pius accedentis, comprobaturus est, com-
mentarios e pluribus monumentis, a Christi
legatis eorumque comitibus conscriptis, fuisse
congestos; eo quidem consilio, ut rerum, a
Christo et apostolis geliarum narratio non fide
dignior, sed plenior et integrior iis, quae ante
eum propositae fuerant, exhiberetur: commen-
tarii vero illius non autem priorēm saeculi secun-
di post C. N. partem innotuisse illi videntur.
conf. *Beckii commentar. soc. philol. Lips. I. part.
I. p. 53. sqq. add. Fabr. B. Gr. l. c. p. 767. sqq.*

ACTA APOSTOLORVM.

Ad pag. 138. sect. 4.

De editi, *Hearnii et Kipling v. Rosen-
müller Handbuch* etc. tom. I. p. 425. sqq.
et 450. sqq. — *Actuum apostolorum et episto-
larum tam catholicarum, quam Paulinarum*

ver-

versio syriaco - Philoxeniana, ex cod. ms. no. Ridleiano, in bibl. collegii noui Oxon. reposito, nunc primum edita, cum interpretatione et annotatt. a *Io. White*, S. T. P. ling. arab. ap. Oxon. Profess. Oxon. ex off. Clarendon. (1800.) 4. v. *Intelligenz-Blatt zur Ien. A. L. Z.* a. 1801. nr. 49. — Arae deo ignoto dicatae (Act. XVII. 23.) caussas ex antiquissimae religionis natura probabiliter esse repetendas, contra Diogenis Laertii narrationem. — disp. *Trokhelin Baden*. Hafniae. 1787. 8. — Progr. (Griesbachii) s. commentatio de confilio, quo scriptor in actibus apostolicis concinnandis ductus fuerit. Ienae. 1798. 4. — D. *Paulus* apostolus in mari, quod nunc *Venetus* Sinus dicitur, naufragus, et Melitae Dalmatensis insulae post naufragium hospes: sive de genuino significatu duorum locorum in actibus apostolicis, cap. XXVII. 27. cap. XXVIII. 1. *inspectiones anticriticae*, auctore D. *Ignatio Georgio*, Benedictino e congregacione Melitensi Ragusina. Venet. ap. Chph. Zane. 1730. Illius explicationem acriter oppugnauit *A. Io. Ant. Ciantar* in opere, inscripto: *De B. Paulo apostolo in Melitam, Siculo - Adriatici maris insulam, naufragio ejecto, dissertatt. apologeticae in Inspectiones anticriticas R. P. D. Ign. Georgii de Melitensi Apostoli naufragio*. Ibid. 1738. 4. *De utroque opere consules Baumgarten. Nachricht. von merkwürd. Büchern*, tom. VIII. p. 157 — 174. — *Iac. de Rhöer* disp. praefide *P. Wesselingio*, de S. Pauli ad insulam Melitam naufragio. Ulricaeti 1735. 4.

Gust.

Gust. Sommelius de origine linguae Lycaonicae Actor. XIV. 11. Lund. 1787. 4. — *I. A. Noeffelt disp. de vera vi et ratione decreti Hierosolymitani Act. Ap. XV.* Halae Sax. 1795. 8. — *C. L. Nitzsch progr. de sensu et con- filio decreti apostolici Actor.* XVI. Witteberg. 1795. 4. — *Io. Mich. Lobsteins voll- ständiger Commentar über die Apostelgeschichte des Lucas.* Argentor. et Lipfiae 1792. 8. — *Sam. F. Nath. Mori versio et explicatio actuum apostolorum: edidit, animaduerfiones recentiorum maxime interpretum suasqne ad- iecit Gottli. Iun. Dindorf.* Lipsiae 1794. mai. 8. II. partt.

Ad §. 7. IOANNES.

Ad pag. 140. sect. 2. lin. vlt.

Authentiani euangelii Ioannis post Ecker- mannum oppugnat acriter impieque negat anonymus, (qui verbi diuini praeco in terris Baruthinis esse dicitur,) in: *Der Euangeliſe Johannes und seine Anhänger vor dem iüngſten Gericht.* f. 1. et typogr. nota. 1801. 8. Sed pluribus refutat eum censor, neque vero is omnino orthodoxus, in *Erlang. Litterat. Zeit.* a. 1801. nr. 105 et 106. — Et tamen, si recte memini, continuatio libri famosi prodiit aut prodibit. — *Collectio variarum lec- tion. ex cod. Borgiano graeco* — said. fragmen- ti Ioann. in Michaelis et Tychsenii nou. bibl. tom. VIII, p. 237. sqq: — *I. Ph. F. Dett- mers*

transtulisse in linguam graecam. Atqui iam *Salmasius* de lingua hellenistica p. 257. sq. opinabatur, syriace fuisse primitus scriptum illud euangelium; sed is iam refutatus est a *Rich. Simon*, in historia critica N. T. cap. 28. conf. cel. *Keil* ad Fabr. B. gr. I. cit. p. 775. sqq. vbi a pag. 774. de S. Ioanne agitur. *Prochori*, qui fuit vnum de septem ministerio praefectis, consobrinus Stephani protomartyris *de Ioanne Theologo et euangelista historia*, gr. cum vers. lat. Castalianis, quae historia primum edita est et adiecta *Apocryphis* h. e. Narrationibus de Christo, Maria, Iosepho, cognatione et familia Christi extra biblia etc. et editis gr. latine a *Mich. Neandro*. Basil. ex offic. Io. Oporini, 1567. 8. p. 526—663. V. infra ad pag. 194. Introd.

Der erste Brief des Iohannes; ein Sendschreiben an eine bestimmte Gemeine, und keine allgemeine; eine Abhandlung, kein Buch von D. W. S. C. Ziegler in D. Hencke Magaz. für Religions-Philosophie etc. tom. VI. nr. 16. Helmstad. 1796. 8. Primum docet contra Michaelis sententiam, I. epist. Ioannis interiorum habere characterem et formam epistolae; contra Storrium autem, non posse eam haberii pro parte secunda euangelii. Ipsa epistola Zieglero videtur post euangelium a Ioanne, senectute confecto, quoniam memoriae prodat infirmitatem, scripta esse ad ecclesiam, a Ioanne ipso institutam, ad Iudeo-Christianos in Asia interiore, et ad errores quosdam apriendos atque vitandos. conf. Kilon. nou. bibl. vniuersi, vol. 52. part. I. Fasc. I. p. 13. sq. a.

1797. *Multa alia scripta ad Ioannis euangel. epistolas et apocalypsin spectantia indicat, partim recenset Rosenmüller.* in *Handbuch II.* p. 234. et p. 246—269.

Ad pag. 142: lin. 22.

Inferi debet: *M. Mich. Merkels historisch-kritische Aufklärung der Streitigkeit der Aloger und anderer alter Lehrer über die Apokalypsis in dem zweyten Jahrhundert nach Christi Geburt, als ein Beytrag zum zuverlässigen Beweise, dass die Apokalypsis ein untergeschobenes Buch ist.* Francof. et Lips. 1782. 8.

Ad pag. 144. lin. 9.

scr. Nouissime argumenta interiora contra illius (apocalyseos) authentiam refutauit. — — Neque vero drama more Graecorum et Romanorum, in actus diuisum esse apocalypsin; sed spectaculum in varias visiones distributum, contendit I. Hallenberg in: *Historiska Anmärkningarna öfver Vppelbarelse Boken of Io.* (histor. obseruatt. in apocalypsin Ioannis.) Holmiae 1800. III. voll. 8. Hallenb. explicat apocalypsin non tamquam vaticinia de rebus futuris, sed tamquam picturam et poeticam descriptionem conditionis christianaec ecclesiae tempore, quo Ioannes scripsit, usus formulis cabballisticis et hyperbolis orientalium etc. Conf. Ien. A. L. Z. a. 1801. nr. 349. m. Decembr.

I. F. H. Entscheidung der Aufgabe, ob der Evangelist Iohannes, oder Ioh. Marcus,
(cui

(cui Dionys. Alexandrinus saec. III. adseruit,) die geheime Offenbarung verfertigt habet in Hamburg. veruischten Biblioth. vol. I. part. III. p. 507. sqq.. Euangelistam Ioannem esse illius auctorem probat.

Specimen hermeneutico -theologicum de *Apocalypsi*, ab indele, doctrina et scribendi genere Ioannis apostoli non abhorrente, quod praefide *Iodoco Heringa* publico examini submittit auctor *Henr. Herm. Donker Curtius*, sylua Ducensis, d. 5. Jun. 1800. Traiecti Batau. mai. 8. Contra-Oederum et Semler. potissimum dimicat, ex stili diuersitate in euangelio Ioannis et apocalypsi, et ex argumento ac doctrina in posteriore probaturos, Ioannem non esse auctorem. Agit igitur de Ioanneo ingenio eiusque documenta ex apocalypsi dicit: in primis probatuni it, consensem euangelii et epistolarum Ioannis cum Apocalypsi ratione tam doctrinae, quam dictionis; neque tamen negat, in quibusdam rebus discrepantiam apocalypseos a reliquis Ioann. Hibellis esse sere necessariam. Conf. tamen modicam censuram in Erlang. L. Z. a. 1801. nr. 4. — The Revelations translated and explained throughout with Regs, Illustrations, Notes and comments, a copious introduction, argument and conclusion. By *W. Cooke*. Lond. 1789. 8. vt alias, a Britannis scriptas expositiones etc. apocalypseos omittam, memorabot tantum: A commentary of the Revelation of St. John; by *Bryce Johnston*. II. voll. London. 1794. 8.

Pro-

Progr. infunt ad argumenta de origine apocalypseos Iohanneae externa, obseruatt. miscellae Ienae. 1800. 4. Inter alia V. D. dissentientis a. D. Gottlob Christi. Storrii sententia, in *Neue Apologie der Offenbarung Iohannis*, Tübingae 1783. 8. §. 13. p. 213. sqq. proleta, p. 9. sqq. iudicat, sententiam, de Iohannea apocalypsi Paulli apostoli locum I. Cor. XV. 52. scribentis animo obuersata, quam minime esse comprobata. — *Die Schriften Iohannis, des vertrauten Schülers Jesu. Uebersetzt u. erklärt von Sam. Gottl. Lange*, pars I. (continens Iohannis apocalypsin) Neostrelitz 1795. mai. 8. conf. Salzburg. A. L. Z. a. 1796. plag. 51. pag. 451. sqq. — K. W. Stronck specimen hermeneut. theol. de doctrina et dictione Iohann. Apostoli ad Iesu Magisfiri doctrinam dictionemque exacte compolita. Ultraiecti 1797. mai. 8. Contra eos, qui adfirment, apostolos non omnino conuenire cum Iesu doctrina et via docendi. — *Vergleichung der Apokalypse mit dem Gemälde des Cebes*, in Hassii bibl. orientali etc. Plura dabunt Fabric. in B. Gr. l. c. pag. 786. sqq. ibique Keil in notis.

Ad §. 8. PAULLVS.

Ad pag. 147. lin. 5.

In cod. caesar. *Vindob.* CCLXX. nr. 9. exstat Epigramma iamlicum sine inscriptio iambica statuae lapideae S. Pauli apostoli, sculptae ex

ex illo ipso, vt fertur, lapide, in quo accepit (v. epist. II. ad Corinth. XI. 24.) quadraginta plagas minus vna: publicauit illud epigr. vna cum praefixo titulo *Lambeo*. in comment. de bibl. caesar. vol. V. p. 455. sq. ed. Kollar. — De Paullo eiusque epistolis copiose disputant *Fabr.* B. Gr. IV. pag. 795. sqq. et *Kuinoel* in notis. — In libro *Gudii*, infra ad pag. 169. Introd. laudato, pag. 38—49. incredibilis paene caterua eorum, qui de vita, fatis, epistolis, stilo etc. Pauli scripferunt, producitur.

Ad pag. 147. sect. 2. lin. 5.

Paulum Ariae praecursum facit, vel potius fingit, et Athanasm in doctrina de deitate Christi errasse, credulis persuadere conatur *Io. Christi. Guil. Augusti, Prof. Ienens.* in *Apologien und Parallelen theologischen Inhalts*, Gerae et Ienae 1800. 8. nr. 3.

Ad pag. 147. sect. 3.

Verio latina epistolarum N. T. perpetua annotatione illustrata a *Gf. Sign. Iaspis*, vol. I. complectens epistolás Pauli ad Romanos, Corinthios, Thessalonicense, Timotheum, Titum et Philemonem. Lips. 1793. 8. — *Die Briefe der Apostel Jesu, aus dem Griech. übersetzt, und mit Anmerkungen begleitet; nebst einer Vorrede von Abr. Teller.* Chemnit. 1794. m. 8. — A literal Translation from the original Greek of all the apostolic Epistles; with a Commentary and Notes philolog. crit.

L ex-

explan. and pract. To which is added a History of the Life of the Apostle Paul, by *Iam. Macknight.* Lond. 1795. 4. IV. voll. — An illustration of various important Passages in the Epistles of the New Testament, from our Lords declaration: that the Kingdom of heaven was at hand; from its Prophecies of the Destruction of Ierusalem etc. with a new Interpretation of St Pauls man of Sin, in the leading features of his character, by *N. Nisbett.* Lond. 1787. 8. — germanice vertit, (*Nisbett Versuch einer Erläuterung einiger wichtigen Stellen in den apostolischen Briefen, etc.*) et praefat. atque additamentum adiecit *I. Ad. Dillinger,* Noriberg. et Altdorf. 1790. 8. — Tum *Nisbett* alteram edition. with large Additions curauit Londin. 1791. 8. — *I. Adr. Bolten* in: *Die neutestamentlichen Briefe, übersetzt und mit Anmerkungen begleitet.* — *Erster Theil die größern Briefe von Paullus.* Alton 1800. 8. *II. Theil.* etc. ibid. 1801. 8. in praefat. ad I. partem contendit, Paullum scripsisse in lingua Aramaea epistolas suas, et has dein per Timotheum, Softhenem aliasque, qui ideo in epistolis harumque inscriptionibus nominati fuissent, in linguam graecam curasse transferendas; sed iure refutatus est in Ien. A. L. Z. a. 1800. nr 348. p. 548. in *Innrbuch der neuesten Literat* Lips. 1802. m. Febr. nr 187. et 188. atque in Gotting. ephem. litter. a. 1801. p. 1808. sqq. — *Acta Pauli et Theclae* edidit *Gallandius* in *Biblioth. patr.* vol. I. p. 167. —

Obser-

Obseruatt. in Paullum eiusque animi indeolem, in *neuem Journ. für Prediger.* tom. III. p. 295. sqq. 8.

M. Schelling disp. praeside D. Storr, de Marcione Paullinarum epistolarum emendatore. Tübingae. 1795. 4. Querelam de Marcionis corruptelis non ducit a variis lectt. aut defectu Apostolici Marcionis, (vt Loefler et Corrodi fecerant;) sed statim ab initio inquirit, num veteres scriptores reuera viderint codicem Marcionis, idque de Irenaeo, Tertulliano, Epiphanio aliisque negat. Sed plura et quasdam contra Schell disput. dubitaciones leges in Tübing ephem. litter. a. 1795. plag. 60. p. 473 — 480. in primis in Salisburg. A. L. Z. a. 1795. nr. 134. p. 937. sqq.

Horae Paulinae, W. Paley A. M. archidiac. zu Carlisle, Beweis der Glaubwürdigkeit der Geschichte und der Aechtheit der Schriften des Apostels Paulus, aus ihren wechselseitigen Beziehungen auf einander. Aus dem Englischen. Mit einigen Anmerkungen von D Henr. Phil. Conr. Henke. Helmstadt. 1797. mai. 8. Opus laudatur. Pag. 449. sqq. in admotatt. Henkii contra eos, qui Paullo omnem graecam eruditionem et graecorum auctorum lectionem sunt abnegaturi, quaedam monentur. — Paley liber est quoque circa idem tempus in lingua batauicam translatus. Harlem. mai. 8.

M. Io. Iust. Spier historia critica de Hispanico Pauli Apostoli itinere, ad Roman. XV. 24.28. Witteberg. 1742.4. conf. Supplementa ad noua act. erudit. V. 216. Kordes in Lips. allg.

litt. Anzeig. a. 1801. nr. 97. m. Iun. p. 927. — Eiusdem *herii* disp. philol. de Pauli anathematice votiuo, ad Rom. IX. 3. Witteberg. 1743. 4. — *Huber* diff. de verisimili in Hispania martyrio. Argentor. 1787. 4. —

Ad pag. 147. not.

In: *Bibliotheek van Theologische Letterkunde. Voor het Jaar 1803.* nr. 1 — 4. mai. 8. nr. 1. p. 85 — 127. et nr. 2. p. 222 — 271. est disquisitio de auctore et argumento epistolae, quae in N. T. dicitur Epistola Paulli ad Hebreos: Primum persequitur auctor historica testimonia ecclesiae latinae s. occidentalis, Clementis Rom., Irenaei, Hippolyti, Caii et Tertullianii, ex iisque efficit, in tota occidentali ecclesia, in Italia, Africa et Galliis usque ad dimidiam priorem partem saeculi tertii neminem cogitasse, Paullum, diu Romae commoratum, ibique multas scribentem epistolas, ac supplicium martyris passum, auctorem esse illius epistolae; immo vero Tertullianum, auctorem illius fuisse Barnabam declarasse. Tum recitat testimonia ecclesiae orientalis, et ostendit, Clementem Alexandrin. et Origenem atque Eusebium videri dubitasse, aut ad suspiciones confugisse haud certas. Ex his omnibus concludit, nullum certum existare argumentum, ex quo possit epistola Paullo iure vindicari. Dein inquirit, quid de inscriptione ad *Hebreos* sit statuendum? quinam intelligendi sint *Hebrei*? Opinatur vero et ex silo ac ratione demonstrationis colligit, intel-

telligendos esse *Iudeo - Christianos*, eosque, qui Hierosolymis et in Iudea vixissent. Tum docere instituit ex locis plurium capitum verbumque epistolae adductis; ea abhorre ab ingenio et filo Paulli, huiusque vsu cum Iudeo - Christianis. E contrario, quia epistola spiret Alexandrinorum ingenium, inclinat in fententiam, Alexandrinum quemdam Christianum fuisse auctorem; neque tamen audet definire, num Apollos, an Barnabas, an alias eam scripsit; ad probabilitatem tamen proxime accedere arbitratur, eam conscriptam fuisse a Barnaba, quippe qui Hierosolymis cum Iudeis versaretur, et probabiliter esset amicus Timothei, de quo agitur in cap. V. 23. Hinc in versu 24. οἱ δὲ τῆς Ἰταλίας auctori videntur Iudeo - Christiani, Roma Alexandram fugientes, e quibus, Timotheum Romae esse e carcere dimissum, accipere potuerit.

M. Christ. Frid. Schmidii Obs. super epistola ad Hebraeos historicae, criticae, theologiae, quibus verba difficiliora, collatis locis litterarum sacr. et versionibus graecis pariterque orientalibus utriusque foederis illustrantur. etc. cum praef. C. A. Crusii Lips. 1766. 8. conf. censuram in allgem. deutsch. Bibl. tom. VIII. part. 1. pag. 236. sqq. — Codicis. Vffenbachiani, qui epistolae ad Hebraeos fragmenta continet, recensus criticus, (auctore Henke) Helmstadt. 1800. rec. in Pott et Ruperti sylloge commentatt. theol. vol. II. nr. 1. ibid. 1801. 8. — Paraphrasis et annotationum in ep. ad Hebraeos auct. P. Abresch, Specim. I—III. Luggd.

B. 1786 — 1790. 8. — *Die Uebereinstimmung Pauli mit den Worten Christi bey dem Iohannes von I. D. Nicolai.* Stadae, 1787.
 4. — *I. A. Ernesti* lectiones academicae in epistolam ad Hebraeos, ab ipso reuisea, cum eiusdem excursibus theologicis edidit, commentarium, in quo multa ad recentissimorum in primis interpretum sententias pertinentia vberius illustrantur, adiecit *G. Imm.* Dindorf. Lipf. 1795. mai. 8. — *Abermalige Ueersetzung des Briefs an die Hebreer, mit philologischen und theologischen Anmerkungen von Jo. Bened. Carpzcu.* Helmstadt. 1795. 8. conf. nou. vniuersl. bibl. germ. vol 25. part. 2. fasc. 7. p. 455 sqq. a. 1796. — *Neuer Versuch über den Brief der Hebreer, in Kritiken über die Morusche Ueersetzung, als Beylage zu derselben von W. F. Hezel.* Lipf. 1795. mai. 8. — *Mori autem versionis edit. III.* prodiit Lipf. 1786. 8 — Ex Mori scholis ortae sunt II. doctae epistolae; *Aug. Frid. Traugott Linke* Comuentatt in epistolae ad Hebraeos cap. III specimen I — Plauiae 1801. m. 8. — Specim. II ad cap. IV. ibid. 1803. mai. 8. — Conf. *Fabric.* B. Gr. IV. p. 808. sqq cum Kuinoel. notis: vt aliorum VV. DD. versiones, aut commentarios, aut paraphrases, aut multos alias libellulos minor., in quibus loca epistolae quaedam dogmatice aut exegetice expenduntur, h. l. praetermittam.

ad pag. 149. lln. 3.
Leonth. Carl Iusti über Coloff. IV.
 16.

16. neuer Versuch eines Beweises, dass der hier erwähnte Brief aus Laodicea der Brief an die Epheser sey, nebst kritischen Folgerungen für die Meinung, diesen als Circular-Schreiben anzusehen: in eius vermischten Abhandlungen über wichtige Gegenstände der theologischen Gelehrsamkeit, ate Sammlung, Hal. Sax. 1798 8. nr. II. p. 81. sqq. Auctor arbitratur, epistolam ad Ephesios carnisse inscriptione, et pluribus coetibus christianis Asiae pro onsularis fuisse destinatam, atque adeo etiam Ephesinis atque Laodicensibus; epistolam vero ad Ephesios nominatam, quoniam Epheli, quae erat metropolis, fuisse adseruata. — Breuis, at docta obseruatio cl. Matthaei quasi in transitu inserta est Lips. allg. litter. Anzeig. a. 1800 nr. 188. pag. 1851. sqq. isque negat, nec Basilium in suis codd. legisse, neque vnum cod. habere ēv Λαοδικειᾳ. — Cel. Haenlein quoque in progr. de lectoribus, quibus epistola Pauli apostoli, quae ad Ephesios missa traditur, vere scripta fuisse videatur, Erlangae 1797. 4. censem, illam epistolam encyclicam neque ad Ephesios, neque ad Laodiceos solos neque ad unam quamdam ecclesiam esse scriptam; sed ad plures, idque probat contra Crameri sententiam, in praefatione sine introductione in epistolam Pauli ad Ephesios versioni et interpretationi eiusdem epistolae 1782. editae praemissa pag. IV. — XX X. expositam, cui quidem adstipulatus est Doe derlem in Bibl. theologica selecta, tom. II. p. 543. sqq. Accedit vero Haenlein. Koppio in pro-

prolegomm. commentario in epistolam ad Ephesios praemissis in vol. VI. N. T. perpetua adnotatione illustrati, edit. II. p. 1—16. *Michaeлиs* in introduct. in libros diu. N. F. §. 199—204. ed. IV. p. 1280—1301. et *Zieglero*, qui argumenta varia acute dijudicauit in *Henke Magazin für Religionsphilosophie* etc. tom. VI. p. 225—276. quocum comparanda est noua bibl. vniu. germ. vol. XXVII. part. II. p. 843—847.

Ad pag. 150. lin. 10.

Edit. cl. *Matthaei* illa N. T. XII. tomis distincta gr. ac lat. prodiit a. 1782—1788. v. quoque *Rosenmüller* *Handbuch* etc. tom. I p. 414. sqq. — et pag. 496. sqq de editione, inscripta: XIII. *Epistolarum Pauli* codex graecus cum versione latina veteri, vulgo *Antehieronymiana*, olim Boernerianus, nunc bibliothecae electoralis Dresdensis, summa fide ac diligentia transcriptus et editus a *Christian. Frid. Matthaei*: cum tabulis aere expressis. Accedit ex eodem codice fragmentum Marci M. Misense 1791. 4. Continet vero ille cod. textum epistolarum Paul. ex recensione occidentali.

Nouum Testamentum. Graece, perpetua annotatione illustratum, editionis Koppianae vol. IV. complectens epistolam ad Romanos, gr Gotting. 1785. mai. 8. — vol. VII. complectens epistolas Pauli ad Timotheum, Titum et Philemonem, continuavit *Io. Henr. Heinrichs*,

richs, Gottingae 1798. 8. conf. Gotting. ephem. litter. a. 1799. nr. 81. pag. 801. sqq.

Pauli ad Corinthios epistolae, gr. perpetua annotat. illustrata a. F. A. W. Krause. Francof. ad Moen. 1792. etc. mai. 8.

Pauli ad Corinthios epistola sec. gr. perpetua annotatione illustrata a. I. G. F. Leune. Lemgou. 1804. mai. 8.

Pauli Apostoli epistola ad Philippenses, graece, ex recensione Griesbachiana, noua versione lat. et annott. perpetuis illustrata a. M. I. G. am Ende. Wittebergae 1798. 8. conf. Ien. A. L. Z. a. 1799. nr. 123. m. April. p. 158. sqq. nou. bibl. vniuers. germ. 1800. vol. 50. part. II. fasc. 7. p. 429. sqq. et Gableri neues theolog. Journ. a. 1799. part. XI. p. 433. sqq. — Erklärende Umschreibung der XIV. Briefe des h. Apost. Paulus nach Anleitung des Bengelischen Gnomon von E. Bengel. Tubingae, 1787. mai. 8.

Ad pag. 150. lin. 23.

Cel. Storrii disp. recusa est in eius Opusculis academicis ad interpretationem librorum sacrorum pertinentibus, Vol. II. Tubingae 1797. nr. V. — Ibid. nr. III. et IV. est diss. exegetica in epistol. ad Colossens. partem priorem, (primum edita 1786.) — et in epist. ad Coloss. partem alteram et epist. ad Philemonem, (primum edita 1787.) — Ibid. nr. VI. de epistolarum catholicarum occasione et consilio, (primum edit. 1789.) sed haec diss. hypothesium plena non placet censori

sori in Kilon. noua bibl. germ. vniuers. vol. 4^a. part. II. fasc. 7. p. 449. sqq.

D. Flatt progr. de tempore, quo Paulli epist. ad Romanos scripta sit, Tbingae. 1798. 4. rec. in Pott et Ruperti sylloge commentat. theolog. tom. II. p. 54. sqq.

D. Frid. Maxim. Mauriti *Verfush*, wie die Zeit, wann der Apostel Paulus seinen Brief an die Römer geschrieben, am richtigsten zu bestimmen sey, nebst gelegenheitlicher Untersuchung der Zeit, da Felix von seiner Stathalterſchaft in Iudaea abgegangen, in Gelehrten Beyträgen der Mehlensburg - Suerinischen Nachrichten, a. 1774. nr. 21—25. a. 1776. nr. 23—25. — a. 1777. nr. 7. 43. 46.

Neue Uebersetzung des Briefs Pauli an die Römer, und mit erklärenden und praktischen Anmerkungen für Prediger, meistens nach Vorlesungen des sel. J. A. Ernesti, ausgearbeitet von G. f. Io. Wichmann, Dessau. et Lipf. 1784. 8.

Paul's des Apostels Brief an die Christen zu Rom, nach einer neuen Uebersetzung mit Anmerkungen. Francof. ad Moen. 1785. 4.

Der Brief Pauli an die Römer, übersetzt und durch Anmerk. erläutert von Adolf F. Fuchs. Stendal. 1789. 8.

Erklärung des Briefs Pauli an die Römer, und des Briefs Iudae nach den Vorlesungen Sm. Fr. Nath. Morus Lipf. 1794. 8.

Der Brief an die Römer. In einer Uebersetzung, mit erläuternden Anmerkungen. Ein

Ein Versuch von D. G. Herzog. Halle, 1791.
8. — Eiusd. epistolae versio germanica cum
adnotatt. *Ch. F. Franke.* Gothae 1793. 8.

Ghf. Trg. Zachariae paraphrast. *Erklä-
rung des Briefs an die Römer,* ed. tertia
emendatior. Gotting. 1787. 8.

*Mgn. F. Roos Kurze Auslegung des
Briefs S. Pauli an die Römer.* Tübingae. 1789.
8. — *I. A. Noëffelti animaduersiones in
locum ad Rom. XIV. 17. progr.* Halae 1785. 8.
rec. in eius Opusculis etc. II.

*Epistola S. Pauli ad Romanos exposita et
annotatt. illustrata* — disp. *Bonifacii*, resp.
Gh. Holdeimann. Heidelb. 1792. 8. — *Notae
historicae conditioni cognoscendae primorum
Christianorum, in primis Romanorum, cum
Paulus ad eos scriberet,* disp. *Ch. F. Franke*,
praeside *Fr. Volk. Reinhard.* Witteberg. 1791.
4. — *Matthiae Rumper exercitatio academ.
de iis, quae circa interpretationem epistolae
S. Pauli ad Romanos obseruanda sunt etc.*
Salisbürg. 1794. 8.

*Sam. Fr. Nathan. Mori paelectiones in
epistolam Pauli ad Romanos; cum eiusdem
versione latina, locorumque quorundam N. T.
difficiliorum interpretatione:* — edidit *I.
Tob. Gottlieb Holzapfel.* Praemissa est *Ch. Dan.
Beckii praefatio.* Lipliae 1794. mai. 8.

Christph. Frid. Ammon progr. de vestigiis
theologiae Iudaicae in epistola Pauli ad Romanos,
in eius nouis opusc. theologicis, Got-
ting. 1803. 8. nr. IV. In multis explicationi-
bus

bus dissentit censor in Ien. A. L. Z. a. 1804.
nr. 131. p. 421. m. Jun.

Erklärung der beiden Briefe Pauli an die Korinther, nach den Vorlesungen Sam. F. Nath. Morus, (ed. a. I. T. G. Holzapfel.) Lips. 1794. 8. — G. T. Zachariae paraphrast. Erklärung der beiden Briefe an die Korinther, aufs neue herausgegeb. und mit theolog. philologisch. Anmerkungen versehen von I. K. Volborth. Gotting. I. Th. 1784. — II. Theil. 1785. 8. — I. C. F. Gotschel disp. philolog de interpretatione loci L Cor. XI. 10. me praelide ventilata, Erlangae 1783. 4.

Gustau. Sommelli de inscriptione apostolica L Cor. I. 1—3. Lund. 1788. 4. — eiusd. disp. de inscriptione apost. I Cor. I. 1. 23. ibid. 1790. 4. — D. Mich. Weberi progr. I—V. de numero epistolarum ad Corinthios rectius constituendo. Witteberg. 1797—1804. 4. In progr. tertio, 1799. 4. Paullum, censet, non duas, sed quinque épistolas ad Corinthios scripsisse. Conf. Jahrbuch der neuesten Litterat. a. 1800. nr. 92.

Versuch einer Uebersetzung des Briefs Pauli an die Galater, mit erklärenden Anmerkungen nach Koppe, auct. I. G. Schulling.) Lips. 1792. 8. — Kurze Auslegung des Briefs S. Pauli an die Galater, von Mgn. F. Roos. Stüttgard. 1786 (1784). 8. — Neue Uebersetzung des Briefs Pauli an die Galater von I. Bened. Carpzou. Helmstadt. 1794. mai. 8.

Ver-

Versuch einer vollständigen Einleitung in den Brief an die Epheser von W. K. L. Ziegler, in Henkū Magaz. tom. IV. 2. p. 225. — 276. Der Brief Pauli an die Epheser, erklärt und mit einer Einleitung, nebst vollständigen Anmerk. begleitet von Fr. L. Müller, Heidelberg. 1793. 4. — Ch. G. Kunoel interpretatio grammatica loci Pauli apost. ad Ephesios V. 6. — 14. Lips. 1791. 4.

Ph. L. Muzel progr. discrimen grammaticae et theolog. S. S. interpretationis in explicanda epist. ad Philipp. III. 18. Francof. ad Viadr. 1793. mai. 8. — D. Pauli progr. de tempore scriptae prioris ad Timoth. atque ad Philipp. epistolae Paulinae. Ienae 1790. 4. Demonstratum it, utramque epistolam a Paulo non in captiuitate romana, epistolam vero pr. ad Timoth. neque ante primam Paulli captiuitatem neque post alteram captiuitatem esse scriptam ideoque locum I. Tim. I. 3. quo utriusque explicationis patroninituntur, aliter interpretatur: contra. loco Philipp. II. 19. motus contendit utramque epist. eo tempore, quo Paullus a Felice Procuratore Caesareae in custodia tenebatur, esse exaratam. At enim diffensum grauter docteque declarat censor in Ien. A. L. Z. nr. 160. m. Mai 1799.

Frid. Salom. Wibelii, Onold. diss historico-philolog. philos, qua Platonismum in Cærinthi astio rediuia Paullo in epist. ad Colosenses profligatum occasione loci Coloss. II. 9. sicut praef. M. Io. Frid. Stiebrizii, Halæ Magdeb. 1736. 4. In prima sect. drudit auct. gene-

generalia de epistola ad Coloss.; in altera sect. agit de aduersariis Pauli, quos in hac epistola oppugnandos sibi sumvit; in III. sect. de fontibus, ex quibus sua iidem hauserint, in IV. sect. sensum oraculi declarat, ostenditque, quomodo illud Cerinthianis sit oppositum.

Des apostol. Schreibers Pauli an die Coloffer Umschreibung nebst erläuternd. Anmerk. von I. Gf. Weisse Schneeberg. 1789. 8.

Kurze Auslegung der beiden Briefe des Apostl. Pauli an die Theffalonicher, von Mgn. Fr. Roos. Tübning 1 86 8. — Ph. Iac. Mülleri annotatt. in epist. Pauli ad Theffalonic. cum versione lat. prioris epist. cap. I. Argentor. 1784. — cap. II. ibid. 1787. 4.

A Paraphrase and Notes on the Epistles of S. Paul to the *Galatians*, I. and II. to the *Corinthians* to the *Romans* and to the *Ephesians*. To which is prefix'd an Essay for the Understanding of S. Paulus Epistles, by consulting St. Paul, himself. (auctore *Io Loeke*) edit. II. Lond. 1709. mai. 4. — A Paraphrase and Notes on the Epistles of St. Paul to the *Colossians*, *Philippians* and *Hebrews*: after the Manner of Mr. Locke. To which are annexed several critical Diff. on particular Texts of scripture. The second Edit By the late Rever, and learned Mr. *Jamens Peirce*, of Exon. with. a. Paraphrase and Notes on the three last Chapters of the *Hebrews* left unfinsh'd by Mr. *Peirce*, and an essay to discover the Author of the Epistle and Language in

in which it was originally written. *) By *Joseph Hallet*, iun. Londin 1723. mai. 4.

Pari ratione (a *G. Benson*) in ling anglicam translatae atque explicitae sunt epist. Paulli ad *Philemonem*, ad *Timoth. et Titum*, Lond. 1734. mai. 4. et epistola *Iacobi*, ibid. 1738. mai. 4. — epp. Petri, ib. 1742. mai. 4. ac tres epistolae Ioannis. Tum *Benson* partibus illis suae interpretationis collectis communem inscriptionem duasque praefatione, praefixit: A Paraphrase and Notes on the seven (commonly called) catholic Epistles, viz. St. James, I. and II. St. Peter; St. Iude, I — III. of St. John. Attempted in imitation of Mr. Locke's Manner. To which are annexed several critical Dissertations. By *George Benson*, D. D. Author of the Paraphrase and Notes on six of S. Pauls Epistles. Lond. 1749. Singulos illos libros atque editiones vberius recenset *Baumgarten* in *Nachricht von merkw. Büchern*, tom. VIII. p. 110 — 121. — In eodem opere tom. III. p. 291. sqq. recensentur Pauli ad *Romanos* epistola, arabice, ex bibl. Leidenſi (edita a *Thoma Erpenio*). Leidae in typogr. Erpeniana. 1615. 4. et p. 293. sq. S. Iacobi Apo-

*) Peirce in introd. in ep. ad Hebraeos existimat, Paullum esse illius auctorem, et prium exaralle epist. in lingua Syriaca, quae in Iudaea tunc temporis fuisse dicta Hebraica; Lucam vero eam probabiliter conuertisse in linguam Graecam.

Apostoli epistolae cathol. versio **arabica** cum interpretat. et punctuatione *Nisselii*, cui access. glossarium — edita cura et studio M. Nicol. Panecii, Zittau. Lusatia. Wittenberg. 1694. 4.

Ad pag. 154. lin. 18.

Observatt. Pauli Apostoli, epistolarum scriptoris, ingenium concernentes, diff. I. praef. *Chr. Frid. Matthaei* Prof. resp. M. *Henr. Theeph. Tzschirmer*. Witteb. 1800. 4. et diff. II et III. In prolegomenis multa, quae hoc pertinent, scripta enumerantur. conf. cens. in ephem. litter. Erford. a. 1800. nr. 32. auct. Schulzio, et Ien. A. L. Z. a. 1800. nr. 155. — M. *Christian. Fr. Boerner*. diff. de disputatione Pauli cum Epicureis et Stoicis, ad Act. XVII. 18. Ienae. 1751. 4.

Ad §. 19. PETRVS.

Ad pag. 156 sect. 4. lin. 9.

Storii diff. rec. est in eius Opusculis academicis etc. (v. supra ad p. 150. Introd.) nr. VI. — *Christiph. Aug. Heumann*, Theol. D. et Prof. disp. respondentе Henr. Conr. Zacharia Rosenhagenio, *Hebdomas Petrina*, h. e. explicatio séptem apostoli locorum. Gotting. 1743. 4. — C. F. *Stäudlin*. progr. de fontibus epistolarum catholicar. in primis de allegationibus, quae in iis deprehenduntur. Gotting. 1790. 4. — *Die sogenannten Katholischen Briefe der Apostel. Uebersetzt und mit Anmerkungen erläutert* — von Gottlieb G ö p.

Göpfert, cum praef. I. G. Rosenmüller. Zülich. et Lipsiae 1791. 8. — Versio hispanica paraphrastica epistolarum canonicarum Iacobi, Petri, Ioannis et Iudee cum notis histor. et dogmaticis, per Rch. *Valsolobre*. Madrid. 1787. mai. 8. — *Sam. Fr. Nath. Mori* paelectiones in *Iacobi* et *Petri* epistles, edidit G. A. Donat. Lips. 1794. mai. 8.

In *Actis SSctor.* tom. IV. (Antwerp. 1725. fol.) in tractatu praeliminari histor. chronologico de patriarchis Antiochenis, auct. *Petro Boschio*, Petrus dicitur primus fuisse patriarcha Antiochenus, et septem annos illo munere perfunctus. — In tom. VI. (ibid. 1729. fol.) in tractatu praelim. histor. chronol. de Liturgia antiqua hispan. *Mozarabica*, etc. auct. *Io. Pinio* contenditur, primam originem Liturgiae in Hispaniis deriuandam esse ab apostolo *Petro*, ab apostolis autem Paullo et Iacobo maiore tantum modo constitutam. v. *Baumgart.* *Nachr. von merkw. Büch.* IV. p. 43 et 49.

Die Briefe des Apostels Petri, übersetzt und mit Anmerk. erläutert von G. P. Baumgärtel. Lipsiae 1788. 8. — *Gust. Sommelii* diff. qua disquiritur: quinam illi fuerint, ad quos apostolus *Petrus* suas epistles scripsit. Lund. 1787. 8. — Eiusd. diff. de presbyteris ecclesiae, non dominis. I. Petri V. 3. ibid. 1788. 4. — Eiusd. diff. listens observatt. criticas et exegeticas ad II. Petri I. 3. ib. 1790. 4. — *Lr. Lindien* diff. obseru. philologicae in I. Petri III. 18, et 19. Vpsal. 1791. 4. — I. Thom.

Them. Martini progr. *commentatio exegetica* in loc. II Petr. l. 16 — 21. adiecta breui de auctore huius epistolae disquisitione. *Onoldi.* 1794 4. In Operibus *F. Angelii Rocca Cameritis* — *episcopi Tagasten* etc. tom. I. Romae 1719. fol. nr 6. pag. 81 sqq. in comm. de SS. apostolorum *Petri* et *Pauli* prælatione s. imaginibus, vtra scil. inter eas collocandas præferenda sit, inquiritur in cauſsam, cur in decretis pontific. s. Bullis imago Paulli ad dextram Petri, in nummis autem ad eius finistram collocetur. vid. — *Baumgarten.* *Nachr. von merkwürd. Büchern* tom IV. p. 329. sq.

Ad §. 10. IACOBVS MINOR.

Ad pag. 156. sect. 1.

Conf. cl. *Matthaei* præf. ad *Euthym. Zigaben.* tom. I. pag. 150. sqq. — *De Iacobo apostolo et patrono Hispaniarum* agitur copiosius in vol. I. libr. IX. cap. 7. operis: *La Coronica general de Espanna*, que continuaua *Ambroſio de Morales*, natural de Cordoua — — *En Alcala de Henares* a. 1574. fol., quod opus rariss. recensuit *Baumgarten* in *Nachr. von merkwürd. Büchern*, tom. I. pag. 117. sqq. — *In Actis SS. Maii collectis* — a *Godefr. Henschen*. et *Dan. Papebrochio* etc. in tom. I. Antwerp. 1680. fol. *Henschen* numerat quatuor SS: *Iacobos*, scil. 1) *Iacob. Alphæi filium*; 2) *Iac. fratrem Iesu*, primum episcopum *Hierosolymitanum*; 3) *Iac. Zebedæi*

dae filium, quem non agnoscit apostolum, et
 4) Iac. Iustum, quem quoque Iesu fratrem
 fuisse putat. v. Baumgart. l. v. tom. II. pag.
 135. sq. *Franciscus Maria Florentinus*, nobi-
 lis Lucensis in sec. exercitatione ad indicu-
 lum apostolorum p. 95. — 101. rarissimi ope-
 ris *): Vetusius occidentalis ecclesiae martyro-
 logium etc. Lucae 1668. min. fol euincere
 studuit, *Iacobum Iustum*, primum fuisse epis-
 copum Hierosolymit., filium sororis Mariae,
 et diuersum ab Iacobo minore, Alphaei filio,
 in Persia cruci adfixo etc. Add. *Fabr.* B. Gr.
 IV. p. 817. sqq. ibique Kuinoelii notas.

Ad pag. 158. lin. 1.

Storrii disput. rec. est in eius Opusculis
 academicis etc. vol. II. Tübinger 1797. 8.
 Primum occupat locum diff. exegetica in epi-
 stolam Iacobi. Negat is, auctorem epistolae
 esse Iacobum maiorem, fratrem Domini,
 quippe qui ante iter Paulli Hierosolymitanum
 imperfectus sit sec. Act. XVI, sed auctorem
 esse, probat, *Iacobum*, Alphaei filium. Tum
 sequitur versio cum expositione dogmatica po-
 tius, quam philologica.

*Der Brief Iacobi, übersetzt und mit An-
 merkungen erläutert von E. F. Rosenmüller.* Lips. 1787. 8. — *Io. Sal. Semler's*

M 2

Um-

* Quod latè recensetur in *Baumgart. Nachr.*
 von einer halleschen Biblioth. tom. VII. p.
 144 — 156.

*Umschreibung und Erklärung des Briefs Iacobi, mit dessen vorangeschichtter Einleitung in die Kathol. Briefe überhaupt und vorzüglich in den Brief Iacobi, aus dem Latein. frey über-
setzt, mit manchen Abänderungen und Erweite-
rungen herausgegeben. Potsdam. 1789. 8. conf.
Bibl. vniuersl. germ. vol. 98. part. I. p. 248.
sqq.*

*Nou. Testam. gr. — ed. Koppianae vol.
IX. complectens epistolias catholicas; fascio.
I. exhibens epistolam Iacobi. Continuauit
Dau. Jul. Pott, D. et Prof. theol. P. O. in
acad. Julio-Carolina. Etiam cum inscripti-
one: Epistolae catholicae, graece, perpetua
adnotatione illustratae etc. fasc. I. Gottingae
1786. 8. — altera edit. auctior et emendatior,
ibid. 1799. 8. de quo libro iudicatur in ephem.
litt. Gotting. 1799. scid. 160. — in nou. bibl.
vniu. german. vol. 51. part. I. fasc. 4. a. 1800.
pag. 231. sqq. et in Gableri newestem theolog.
Journ. tom. 5. part. 2. a. 1800. p. 170. sqq.
Pott V. C. in prolegom. docere Sustinuit, Ia-
cobum, filium Alphaei, non diuersum esse a
Iacobo, qui vocatur frater Iesu, indeque col-
ligit, apostolum Iacobum, filium Alphaei,
epistolam scripsisse. Enimvero non persuasit
censori in citata bibl. vniuersl. neque hic ad-
fentitur Potto, contendenti, Petrum haussisse
ex Iacobi epistola. Idem cum Noeffeltie V.
C. censet, nomen catholicarum epistololarum
non inde ortum esse, quod, yti Pottus cum
multis aliis arbitratur, illae Christianis om-
nino per orbem terrarum dispersis sint scri-
ptae;*

ptae; sed quod illae epistolae ab ecclesia *catholicā* pro genuinis sint habitae. Noesseltii sententiae etiam subscriptit *Gablerus*, et quae-dam opponit in censura laudata p. 174. sq. — *J. Lund.* Specimen obseruationum in epist. *Iacobi*, cum noua versione danica. Hafniae, 1795. 8. In lin. 12. Scr. Coburgi 1770.

Ad pag. 158. nat. fin.

Thomas num Indorum et orientalium fuerit apostolus? v. *Affemann* Bibl. oriental. vol. IV. p. 25. sq. 435. sq. 463. et 516.

Ad §. 11. IVDAS.

Ad pag. 159. sect. 2.

Ch. F. Hartmann comment. in epistolam *Iudee*. Cothen. 1793. 4. — *Der Brief Iudee überetzt und erläutert aus einer neu eröfneten morgenländischen Quelle von F. Io. Haffe*. Ienae 1786. 8. — *Henr. Car. Alexandri Haenlein* diff. commentatio in epistolam *Iudee*. Erlangae 1795. 8., quae iterum prodiit, inscripta: *Epistola Iudee graece commentario critico et annotatione perpetua illustrata ab Henr. C. Alex. Haenlein* Theol. D. et P. P. O. etc. Praemissa est commentatio in vaticinia *Habacuci*, Editio noua et emendata. Erlangae 1804. 8. Iudam fuisse fratrem *Iacobi minoris* docet V. C. conf. nou. bibl. vniu. germ. vol. LVI. part. I. fasc. I. p. 54. sqq. — *Gerbrand Elias*, pastor Scherpenzeel, disp. inaugural.

pro

pro gradu Doctoris Theol. in epistolam Iudeae, pars I. Vlrai. ad Rh. 1803.

Ad pag. 161. lin. 13.

Ueber die *Apokryphen* des N. T. oder über den Ursprung, Inhalt und Zweck der mancherley, auf die evangelische Geschichte und Lehre mehr oder weniger Beziehung habenden, theils unzuverlässigen, theils absichtlich erdichteten Schriften, in Vergleichung mit denjenigen Urkunden des Christenthums, deren apostolischen Ursprung und Zweck aus innern und äußern Gründen erweislich ist, von D. Jo. Frid. Kleuker. Hamburg. 1798. 8. conf. tamen longam censuram in *Gableri neu. theol. Journal* a. 1799. part. IV. p. 464. sqq. — A. Birch codex apocryphus N. T. fascicul. I. Hafniae, 1804. mai. 8.

Ad pag. 162. lin. 1.

